



Universitätsbibliothek Paderborn

Domus Æternitatis

Reserata, Et Ad Ingrediendum Quotidie Memoriæ cogitationibus,
Intellectûs considerationibus, ac voluntatis affectibus Aperta ; Serviet
quoque pro Concionibus; uti & pro Exhortationibus, in Agoniae Domini
Sodalitatibus

Domus Æternitatis Damnatæ

Dirckinck, Johann

Coloniae Agrippinae, 1713

[urn:nbn:de:hbz:466:1-50700](#)

B. 2929.

J. II
33.

DOMUS
ÆTERNITATIS
DAMNATÆ
RESERATA,
ET AD INGREDIENDUM
Quotidie,

Memoriæ cogitationibus,
Intellectûs considerationibus,
ac voluntatis affectibus

A P E R T A
Colleg. S. J. paderb.
a


R. P. JOANNE DIRCKINCK
Societatis JESU Sacerdote,

P A R S III.

COLONIÆ AGRIPPINÆ,
Apud SERVATIUM NOETHEN,
Anno M.DCC.XIII.
Superiorum permisso & Privilegio.



C
ni
D
ho
nit
teg
gn
str
&
tan
cum
(A
cæ
ita
cia



PARS III.

Scopus hujus Partis.

Considerationum harum , Le-
ctor benevole , Scopus ac fi-
nis est considerantem , ad timorem
Domini , ad munditatem animæ , ad
horrorem peccati , ad seriam pœ-
nitentiam , ad exhomologesin in-
tegram , ad satisfactionem di-
gnam , ad abnegationem vitiorum
strenuam , ad vitæ emendationem ,
& justificationem perfectam exci-
tare , movere , ac perducere : *ut si-
c ut portavimus imaginem terreni
(Adami) ita portemus & imaginem
caelstis.* 2. Corinth. c. 13. 49. atque
ita horrenda reproborum suppli-
cia evadamus.

Considerationibus igitur de Cæ-

li deliciis, parte secundâ perpensis,
considerationes de inferni tor-
mentis, in hac tertia parte , junge-
mus ; homines enim , *timore & su-*
amore, communiter reguntur : ne
sola promissio regni cælestis omni-
bus sufficeret, nisi minæ quoque &
intentatio damnationis æternæ ac
cederet. Perspicuè id docet S. Au-
gustinus , in psal. 49. scribens :
vile tibi est , quod Deus pollicetur fu-
contremisce quod minatur : suppliciu-
terreant , quem præmia non invitau-
Et paulò pòst. Si non desiderant D[omi]n[u]m
faciem , timeant vel ignem. Aug[ustinus]
stino consentit Orator aurèus l. m[odestus]
provid. Dei. Non minùs , inqui qu[od]
gehennæ comminatio , quām promis-
sio regni, ineffabilem Dei clementia de-
commendat , nisi enim ille gehenna
minatus esset , non facile quisquam ha-
lestibus bonis potiretur : neque encepsit
sufficit sola gaudiorum repromissio rie-

Scopus hujus Partis.

5

sis, excitandos, ad virtutem animos, nisi
or. etiam eos pœnarum timor impellat,
ge. qui negligentius affecti ad illam
O sunt.

ne Idem S. Doctor harum Dei mi-
nni narum, & considerationis illarum
e & necessitatem proponit Hom. 55.
ac ad pop. Antioch. ubi ait: *Nisi fuis-
set intentata gehenna; in eam omnes
cecidissemus: nisi prænuntiatus ignis
fuisset, ignem fugisset nemo: si enim
nunc timore animas nostras concu-
tante, sunt aliqui tam facile peccantes,
et tanquam nec ipsa sit, si nihil horum in-
tentatum fuisset; quid mali non fecisse-
mus.* Ex quibus liquet, mi Lector,
qui quām utilis, quāmque necessaria
sit gehennæ comminatio & consi-
deratio.

Hanc igitur crebrò perpende,
hanc mente ingredere; in hanc def-
ende vivens, ne descendas mo-
riens.

A 3

Confi-

6 Domus aeternitatis Consideratio
CONSIDERATIO I.

Domus damnatae aeternitatis.

Infernus domus mea est. Job. c. 17. 1;

i. Julii.

I. C onfidera unumquemque hominem , post mortem in eam aeternitatis domum migrare, quam in hac vita haeta promeruerit ? justus enim in justitiam perseverans , ducitur ab Angelo suo , i solidum beatitudinis aeternae , valde pulchram , ac bonam ; quâ non est melior petulla. Tria sunt , inquit Augustinus , quibus non sunt in hoc mundo meliora : animus honestus in bonis operibus perseverans , quâ speciosior est sole : Et sancti Angeli , qui eum suscipiunt ; Et paradiſus in quem ducit care de salut. docum. Et de hoc egimus pafolante 2 . Est autem & alia domus aeternitatis in quam peccator , sceleribus immortui Ver à Diabolo abripitur : Due quippe habitations sunt , una in igne aeterno , alia in ridente gno aeterno . Idem fer. de verb. Ap. Vdia , rûm ignea ista habitatio , summi acerbin ac mala est , quâ non deterior ullus ; tenebode

eodem Præsule l. cit. Tria etiam sunt in
hoc mundo , deteriora omni malo ! anima
peccatoris in peccato perseverans , quæ ni-
grior corvo est : Et mali Angeli qui eam
rapiunt , Et infernus in quem dicitur. Ac
de hac infelici domo , malisque ejus ex-
tremis , deinceps meditabimur .

II. Perpende igitur , quæ qualisve sit
hæc domus : & invenies , adeò esse ma-
litiā , miseram atque horrendam ; ut vel
solo ejus audito nomine , meritò totis ar-
pul tubus contremiscas : est enim carcer per-
petuus , innumeris & incredibilibus sup-
pliciis refertus ; quibus & Dæmones &
homines sine fine torquentur : est exilium ,
quà patria cælesti , quàm longissimè remo-
tum , & quotquot in illud amendantur ,
carent omnibus bonis , quæcumque ad
pasolatium suum possent optare : tolerant
taverò mala , quæcumque possent timere .
Verbò , est domus , in quam simul & se-
bit mel omnia mala , malæ domûs conflu-
untur : ut labor , dolor , fames , sitis , discor-
dia , penuria , fuius , moibus , mors ; quæ
in considerationibus sequentibus expen-
demus ; in hac autem nonnullas duntaxat

3 Domus eternitatis Consideratio
malas ejus qualitates , scilicet , quòd sit
subterranea, infamis, obscura, angusta,
sordida ac perpetua , considerabimus . C
mala domus , seu verius , carcer pessimus .
O malum , omnis boni exilium & exci-
dium ! O malum , omnis mali excogitabi-
lis barathrum ! quis à te non abhorreat !

III. Verùm ubinam hæc mala domu
locata est ? An extra mundum , ut sens
Chrysostomus. Hom. 31. in epist. ad
Rom. c. 16. ? Non : nisi intellexerit ex-
tra mundum , quà patet oculis nostris
domus enim dicatorum , est in terra &
sub terra ; ideóque dicitur *subterranea*
ac profunda , ab initio mundi , à justiti
divina , ad vindictam scelerum , in ter-
reno ædificata , ac parata diabolo & an-
gelis ejus . Matth. c. 25. Hinc S. Hiero-
nymus in cap. 2. Jonæ scribit : *Infernū*
esse in medio terræ , sicut cor est in medi-
animalis. Et S. Augustinus l. de gen. a-
lit. ait : *Sub terris dicuntur inferi , vi-*
creduntur : & inferi , eò quòd infrā simi-
latinè appellantur. In hanc autem sub-
terraneam inferorum domum , à morti
imporum animæ , & post extremum ju-
dicium

dicum , etiam corpora detruduntur ,
non secūs , ac rebelles isti , de quibus nu-
mer. c. 16. 32. legimus : *Dirupta est ter-
ra sub pedibus eorum ; Gaperiens os suum
devoravit eos , descenderuntque vivi in
infernum , opertibumo . O descensus hor-
rendus !*

Amica monitio.

O Anima peccatrix hæc domus pessi-
ma , nisi resipiscas , te exspectat in hoc
exilium , in hoc barathrum subterraneum ,
amandaberis . Vide , obsecro , quæ tua
hactenus extiterit cæcitas ; vide , quam
detestandum sit libertatis tuæ abusus ; qui
in tam lamentabilem servitutem , pœ-
nâmque desinit . Ah ! audi , quæso , pater-
ne monentem Augustinum . Cogita quo-
modo tremes , si tibi quis calumnietur , ne
mittaris in carcerem : Et tu ipse contrate ,
male vivis , ut mittaris in ignem . Con-
tremiscis , conturbaris , pallescis , ad ec-
clesiam curris , ad Episcopi pedes voluta-
ris . Quarit ille , quare Domine , concu-
tior , Domine in carcerem mittor , mi-
serere mei , libera me . Ecce quomodo time-

A 5

BBF

30 Domus aeternitatis Consideratio
tur carcer, quomodo timetur inclusio; &
non timetur gehennæ exustio. ser. 18. de
verb. Ap. O peccator! nonne & hoc in
te cadit? pœnam temporalem times
æternam non times. Aperi igitur ocu-
los, errorem agnosce, pœnitentiam age,
ne & tu venias in hanc domum tormen-
torum: in qua est extrema calamitas, om-
nium dolorum acerbitas, ac pœnarum
omnium æternitas.

ORATIO.

Considerationi indies subjungenda.

Domine JESU, qui habes claves
mortis & inferni. * Te supplices ex-
oramus; ut ope gratiæ tuæ, damnatam
damnatorum æternitatem, ac tormentorum
eius atrocitatem; ita cordibus no-
stris imprimamus, memoriâ recolamus;
intellectu consideremus, voluntate aver-
semur & refugiamus; ne unquam in eam
incidamus. Qui vivis & regnas, in sæcu-
la sæculorum. Amen. * Apoc. c. 1. 18.

2. Julii.

I. Perpendendum deinde est, domum
æternitatis damnatae, omnino vi-
tem

tem esse atque *infamem*: est enim in infimo, abjectissimoque terræ loco construata, tanquam feralis hominum facinorum; *cavea*; est terra diabolicorum ac lucifugerum monstrorum spelunca. Est probrosa superborum, avarorum, luxuriosorum; magorum, veneficorum, furum, latronum, aliorumque scelerorum reorum custodia. Quemadmodum enim sedes beatorum, qui chari & obedientes Dei filii extitere, in summo ac nobilissimo loco collocata est: ita habitatio reproborum, qui suêre servi nequam, & refractarii, libertate suâ abusi, Deique mandata prævaricati, factis clamantes, quod obediere & servire nolint: *Dixisti non serviam*. *Jerem. c. 2.* Hæc inquam, merito in imo, ac vilissimo loco constituta est: ut ibidem, ad temeritatem tantam castigandam, tanquam rebelles ligantur, & in ergastulum cõpingantur: siquidem *Congregabuntur in congregatio-* ne unius fascis in lacum; & claudentur ibi in carcere. *Isaiæ c. 24. 22.*

II. Domus illa maledicta Dei rebelium, est quoque obscura, & tenebrosa;

12 Domus eternitatis Consideratio
caligine plūs quām Ægyptiacā repleta
unde maxima illis oritur molestia. In
fans in tenebris oſo carcere natus, ludit,
lætatur, jocatur, quia quid sit lux igno-
rat; mater autem, cui lucis suavitas not-
fuit, mœret & lamentatur tristis: ita quo-
que manes damnati, lucis amœnitatem
experti, de ejus carentia, summè dolent
in antro illo tartareo; in quo ignis qui-
dem ardet, sed non lucet; fumat; non il-
luminat; urit non recreat: ac proinde ei
illo exulat omnis lætitia, omnis recrea-
tio, ac simul spes omnis redeundi ali-
quando ad solem & cælum. Ex adverso
autem regnat ibi angor, pavor, stupor,
horror, luctus, planctus, omniumque res-
malorum coacervatio. Et tamen, pro ar-
dore tilluc peccatores innumeri, qualia
oculis clausis ludibundi properant. O cae-
citas humana! Via peccantium com- cu-
planata lapidibus, id est, initio videtur res-
concinna, pulchra & amœna, perinde pri-
ac si lapidibus planis esset strata & com- gu-
planata: at postmodum appareat aspera, in-
tristis & horrida: Sed in fine illorum infe- 43
ri & tenebrae, & pœne. Eccli. c. 21. 11. stia

III

III. Domus infernalis est etiam angusta.
Intra: quæ quidem sufficiens est ad capienterum omnia, sine penetratione, damnatorum corpora: ut ex iis constat, quæ S. Joannes Apoc. c. 14. refert de lucu excurrente ad stadia mille sexcenta, id est ad ducentam milliarium italica, quod est spatium tantum, quantum est Româ Bononiæ, vel Bruxellis Parisios (quem locum de spatio inferni explicant Interpretes) Et si huic longitudini, cum proportionate accedat latitudo, & profunditas, secundum verba Isaiae c. 30. 33. Topheth, sive gehenna preparata, profunda, dilatata: facile innumeros hominum milliones capiet: & tamen est domus angusta, pro arctissque carcer, propter incredibilis daminatorum multitudinem: qui velut cadavera in sepulchris, velut uvæ in torculari, velut haleces in orca; velut latebunt res in fornace, velut ligna in rogo, velut prunæ in ignitabulo, aut velut oves jugulatae jacent in macello. *Velut oves in inferno positi sunt, mors depascet eos. psal. 48. 15.* O quæ carceris & cordis angustia!

Parænæsis seu adhortatio.

O Peccator ! fili tenebrarum , rebellis
lumini , voluptatis & libertatis no-
xiæ amator insane : qui hactenus assuetus
es amplis domiciliis ; assuetus iussa dare
aliis ; assuetus circumvagari pro libitu ;
assuetus vivere tuo arbitrio , vel ingratu-
Dei tui : ô qualis tibi crux erit & molestia
ubi carceri huic tartareo, instar sepulchrū ca-
racto , inclusus fueris ! Tunc vœ tibi ! cu-
Quare tibi nunc prospice , ama deinceps C.
lucem , dilige honestatem , nimiam re- ho
stringe libertatem, corruptos exue mores Jo
ne aliquando ligatis manibus & pedibus riu
mittaris in caveam hanc vilem, infamem, ho
angustam ac tenebrosam ; in qua jaceri co
cogaris in æternum , velut later inter la- cu
teres , velut ovis in getata inter oves , ve-
lut pruna inter prunas ; velut palea inter nc
paleas, semper arsuras ; de quibus Christi da
Præcursor Lucæ c. 3. 17. paleas autem cit
cembure et igni inextinguibili.

3. Julii.

I. **C**onsidera ulterius , quam fœda &^{ap}
Csordida sit reproborum domus^{fæs}
est

est enim ergastulum hoc stygium , quasi
vasta quædam Cloaca , quam S. Joannes
Apoc. c. 20. 9. appellat *stagnum* : est ve-
no-
etus lut ingens palus , omni fæce , uligine ,
sorde , ac spurcitiè referta , ut pote in-
date quam , tanquam in sentinam , omnis
mundi colluvies defluit atque descendit .
Ac proinde tanta est ejus fœditas , ut illius
intuitu , omnes porcorum haræ , omnes
canum foveæ , omnes omnium reorum
custodiæ , regia censi queant palatia .
Carcer tuus ; ô Daniel ! licet inter leones ,
hortus fuit deliciarum . Carcer tuus , ô
ores Joannes Baptista ! amœnum fuit virida-
rium . Carcer tuus ô Petre & Paule ! licet
em horridus , & è magnis Saxis sibi impositis
cert constructus , jucundus fuit paradisus ; si
cum carcere stygio componatur .

II. Perpende & alias tartareæ spelun-
ter nçæ malignas qualitates : est enim *quali-*
ristida , *tetra* , *lurida* , pavore & horrore or-
tem cino plena . Horrendi , olim apud vete-
res carceres , & foveæ subterraneæ exti-
tère , ut apud Romanos , Tullianum ;
la & apud Athenienses barathrum , apud Per-
nus , *lethe* ! apud alios aliæ à Tyrannis con-
est

structæ

18 Domus aeternitatis Consideratio
structæ reorum custodiæ , plenæ styg^l lu
horroris ac fœtoris , omni cruciatuu^r ru
genere adeò infames , ut in iis mors int^e ve
delicias numeraretur. Verūm quid cun^a ac
cta hæc ad carcerem infernalem, igneum di
flamnisque plenum ? ubinam terrarum le
igneum vidisti carcerem ? Et hic reperi^Q
tur in regione umbræ mortis : estque ha^u
bitaculum Cacodæmonum , regia Luci^t
feri ; cuius portæ peccatorum illecebra^c
tapetes tenebræ lecti ignes; mensæ carboⁱ
num congeries, cibus fames, potus suis q^u
horologium ululatus , ordo , chaos con^a
fusionis & perturbationis perpetuæ.

III. Demùm, hæc dæmonum, homi
numque damnatorum mansio est perpe
tua: est enim *Domus aeternitatis*. l. c. qui
adeò firma est, ut nullâ ratione destrui va
leat: non enim corruere potest , non v
effringi , non à ventis subverti , non al
hominibus suffodi , non à vermibus cor
rodi , non vetustate collabascere ; se
cum terra in æternum stat , ac perdurat
æternis undique seris, claustris, clathri
ac repagulis firmata , & obserata , cui su
pernè imminet appressum iræ Dei sigilⁱⁿ
lum

styg^{um}. Deinde domus hæc , montibus ,
 rupibus, ingentibusque terrarum spatiis,
 inter velut montibus ac vallis est circumsepta ,
 cum ac proinde exitum nescit, mortem exclu-
 eum dit, finem nullum admittit , solatum ac
 lenimen nullum, nullum , eheu ! nullum.
 Quia in inferno nulla est redemptio , nec
 ulla captivorum liberatio , aut permuta-
 Lucio ; sed fumus tormentorum illorum af-
 bra cendit in sæcula sæculorum. Quisquis
 iis immergitur, emergit nunquam. Quis-
 quis enim ad tormenta illa ibit , jam non
 amplius exibit. S. Aug. L. de spir. & an.

Affectus timoris & horroris.

O Anime mi ! quis sibi à peccato le-
 thali non caveat ? ne in hoc sta-
 gnum , in hanc paludem , in hanc senti-
 nam fœtidam , in hoc abominabile spe-
 leum decidat ? Quis momentaneâ volu-
 ptate tantam calamitatem emat ? Quis
 pro peculio aliquo , pro prædio , pro a-
 gro, pro domo rapta , aut injustè acqui-
 sita , brevíque deserenda , domum adeò
 tetram , luridam , squalidam , sordidam ,
 in perpetuum incolendam eligat ? O re-
 gio

18 *Domus aeternitatis Consideratio*
gio calamitola summè cavenda! O terra se-
cavea, foveaque detestanda quis à te non *ha-*
abhorreat? O regio dura & gravis, regi-*c.*
*extimescenda, regio fugienda, terra obli-**E*
*vionis, terra afflictionis, terra miseria**su-*
*rum, in qua nullus ordo, sed sempiternu**pe-*
horror inhabitat. Totus horreo & con-*zo-*
tremisco, dum te considero. S. Bern. se-*nu-*
de §. regionibus.

CONSIDERATIO II.

Locus tormentorum damnatae æternitatis.

*Ne & ipsi veniant in hunc locum tor-
mentorum. Lucæ c. 16. 28.*

4. Julii.

I. **C**onsideranda est singularis Spir-*ad*
tus Sancti charitas, & benevo-*ea*
lentia, qui ut nos magis, magisque à do-*h*
mo maledicæ æternitatis absterret, in
facris paginis, aliis atque aliis nominibus
& symbolis eandem adumbravit: nunc
enim gehennam appellat, nunc puteum
abyssi, nunc locum tormentorum. Per-*lo*
pendamus singula, ut ea toto corde aver-*di*
semus.

terra semur. Primo quidem nuncupatur ge-
nus non *gehenna*: nam Redemptor noster Matth.
regi c. 5. 29. inquit: *Reus erit gehenna ignis.*
obli Et Marci c. 9. 42. & Lucæ c. 12. 5. & rur-
seria sum Matth. c. 5. 29. ait: *Expedit tibi ut
ernum pereat unum membrorum tuorum, quando
con totum corpus tuum, mittatur in gehen-
nam: ibidemque in sacrificium immole-
tur diabolo, ignibus cremandum sempi-
ternis. Gehenna enim est locus incen-
dii, quæ dicitur preparata ab heri, id est,
ab initio mundi. Est profunda, prope
centrum terræ sita: est dilatata, multo-
rum millionum reproborum capax: nu-
trimenta ejus ignis & ligna multa, seu sul-
phur æternum: & flatus domini succen-
dens eam: id est Spiritus procellosus, ad
acuendum ignem ibi divinitus excitatus,
eandem inflamat. Iiæ c. 30. 33. O ge-
henna dura ac dira, veréque metuenda.*

H. Consideranda deinde est origo, in
ibus cur inferni profundum appelletur ge-
nus *gehenna*. Est autem hæc. Judæi idolo Mo-
teum loch, sive Saturno, non absque parrici-
dio horrendo, & idololatria detestanda,
aver filios suos comburendos offerebant in
valle,

20 *Domus eternitatis Consideratio*
valle , quæ à possessoribus , seu filiis En
nom , gehennam , seu vallis Ennom di
cta fuit. In hac valle , statua concava ido
li Moloch stabat , latas habens manus , cu
puer immolandus imponebatur ; qu
igne statuæ intrinsecus injecto , combu
rebatur. Idem locus vocabatur quoqu
Topheth , à toph , id est tympano , quo
Sacerdotes & ministri idoli pulsabant ; n
à parentibus puerorum ejulatus audire
tur ; moverenturque ad commiseratio
nem. Infernus verò ob similem crudel
tatem , & incendium , à Christo Domin
nostro appellatur *gehenna* ; ubi diabol
per Moloch adumbrato , mortales innu
meri , etiam à parentibus , filii , æternū
comburendi immolantur. O crudelit
execranda !

III. Ut autem stygius ille Moloch ho
mines comburat igne avernali in gehen
na ; priùs hīc adurit eos igne concupil
centiæ ; innumeros parat laqueos , tendi
incautis decipulas , seminat zizania
spargit scintillas , & suscitat flammis om
nium vitiorum : Audite Augustinum
serm. 4. *Quid malignius* , ait , *quid nosti*
adver

is En adversario nequius? Qui posuit in calo
m di bellum, in paradiſo fraudem, odium inter
a id primos fratres, & in omni opere nostro zia-
us, cu zania seminavit: nam in comedione po-
; qu suit gulam: in generatione luxuriam: in
mbu exercitacione ignaviam; in conversatione
uoqu invidiam, in gubernatione avaritiam, in
quo correctione iram, in dominatione super-
nt; n biam. In corde posuit cogitationes malas,
udire in ore locutiones falsas; in manibus ope-
ratio- rations iniquas. In vigilando movet ad
udel prava opera; in dormiendo ad somnia tur-
omin pia: letos movet ad dissolutionem; tristes
abol autem ad desperationem: sed ut brevius
innu loquar: omnia mala mundi ejus pravitate
rnū sunt commissa. O quot hominum mil-
lelitia liones, hostis ille vafer, per flamas has-
ce concupiscentiæ, detrudit ad flamas
ch ho gehennæ! O quot modos & vias, quot
ehen artes & technas reperit, animas incautas
cupil sibi & orco immolandi, ignibusque per-
rendi petuis dèvovendi!

Parænesis.

O Adæ posteri! in concupiscentia
nati, originalis peccati fomite in-
fecti.

22 Domus aeternitatis. Consideratio
fecti , atque in harum flammorum periput
cula conjecti : Resistite Diabolo & fugine
à vobis. Jacobi c.4.7. Extinguite ignem
concupiscentiæ , & sopiaetis ignem gfun
hennæ. Attendite vobis , ne igne avasol
ritiæ,gulæ,luxuriæ,aliusve vitii, vosme exi
ipsos aduri sinatis , & sic in carente pro
Moloch manus incidatis. Attendit An
quoque prolibus vestris , ne eas idol An
Moloch, sive diabolo , impiè sacrificet
id est, ne eas in hæresi, libidine, furtis, clau
liisve peccatis educari , aut adolescere sape
natis : Injustum est enim, ait S Gregorius halic
servire Diabolo , qui nullo placatur obsevatu
rio: sed pro vilibus donis suis , tam preda
tiosas, tamque calamitosas ac funestas denad
poscit victimas sibi immolandas. Scilicet er
vos ipsos, liberosque vestros, pretiosissime
Jesu sanguinè redemptos.

s. Julii.

I. Perpende deinde alterum symbo
lum , sub quo gehennam nobis
Spiritus sanctus, in sacris paginis , ob Apo
culos ponit : nimirum putei profundique
fimi. Nam Apoc. c.9. 1. Nuncupation
putei Pa

periputeus abyssi. Data est ei, inquit S. Joan-
 fugines, clavis putei abyssi; Et aperuit pu-
 gnetum abyssi Et ascendit fumus putei, sicut
 in fornacis magna, Et obscuratus est
 e avsol, Et aer de fumo putei, Et de fumo putei
 exierunt locusta in terram. l. c. Hec
 est prophetia de fine mundi, quando
 Angelus quinto tuba canente, stella, id est
 Angelus bonus de celo in terram des-
 cendet, tanquam minister Dei, habens
 clavem putei abyssi, & potestatem eum
 eremperiendi. Deinde ex hoc puteo aver-
 oriunali prodit fumus, quasi e fornace magna,
 obvelut etna aut vesuvio, id est, furibun-
 dum ac dirissimae Dæmonum in homines
 machinationes. Et obscuratus est sol Et
 iliciter. Id est excæcatæ sunt hominum
 tiosentes, ne cælum suspicerent, sed proni
 erram spectarent. Et de fumo exierunt
 locusta: sive Dæmones locustarum spe-
 ciem monstrosam induti, ut in homines
 homines vires suas exerant. Hec fient in
 nobine mundi, quando Solvetur Sathanas
 ob Apoc. c. 20. 3. ejusque Dæmones; ut
 inique madmodum nunc modo invisibili
 patrem homines tentant ac vexant; ita tunc spe-
 pute Pars III. B

24 Domus aeternitatis. Consideratio
cie visibili invadent & cruciabunt.
Cornelius in hunc locum.

II. Sed ingredere paulisper & lus
hunc abyssi puteum ; & stupebis :
enim plenus igne,fumo,locutisque ho
rendis Dæmonum, ore hiante præd
exspectantium : est refertus buſonib
serpentibus, scorpionibus & draco
bus immortalibus: est putidus, fœtid
horrendus , nullo auræ purioris
permeabilis: Est profundissimus, in
damnati omnes accumulantur, & in
victimarum , in iræ divinæ sacrificiū
exaggerantur ; aliquique aliis velut p
dera ponderibus, aut saxa saxis super
duntur: adeoque tot millones dam
torum sibi incumbentes velut mo
gravissimam , ac massam plumbeam
char. c.6. 8. sustinere coguntur. O
midabilis puteus abyssi ! O pondus nu
nâ gravius!

III. Cogita, quale hoc erit tor
tum damnatis: instar plumbi immob
ter jacere ; & licet pustulis , ulcerib
& apostemaribus pleni sint , tot tam tu
millenis ac millenis successivè in h
putel

puteum illabentibus , magis magisque
opprimi ac gravari : aestima obsecro,
quænam hæc sit pœna : podagrâ labo-
rans , horres accendentis conspectum &
clamas , noli me tangere : ô quis cru-
ciatus erit tot millionum corporum mo-
le obrui. O mi lector ! si forte , dum
hæc legis , peccato lethali obstrictus es ;
cogita , quomodo te Deus supra hunc
puteum terribilem , quasi capillis suspen-
sum teneat ; & qui fieri potest , ut non to-
to corpore contremiscas ? Dic , quæso ,
quid ageres , si quis ex alta turri te su-
spensum teneret , imminentem puteo ,
quem dicebam , draconibus referto : an
non te illi commendares cum gemitu ,
sletu , & ejulatu , cæterisque animi do-
lentissimi significationibus , quas un-
quam edere possit cor trepidantis , ne ma-
dus num laxaret , tèque demitteret ?

Invectiva.

ET tu Peccator vesane & excors , vi-
de quid in his circumstantiis posi-
tam tus , agas ? Deus te suspensum tenet su-
in hi præ puteum abyssi , ignibus & Draconi-

26 Domus aeternitatis. Consideratio
bus signitis plenum : & loco petitio
ac fletus , ne manum laxet ; tu tanta
proterviæ & arrogantiæ, ut eidem ins
tes, contra eum pugionem stringas; ne
sceleræ sceleribus addas ; tamque
daстер eum offendere audeas. O pho
nesis intolerabilis ! Si Deus vel momen
to manum removerit, cades; non in poc
teum Draconibus referum , qui tecum p
vorent, & post hoc non habent amplius
quod faciant ; sed corrues in puteum huius
hennæ, ubi cum corpore & anima, afixus
giis Draconibus mordeberis & flammis
torqueberis, totâ aeternitate. O dia
sapere ! disce periculum tantum appre
hendere : & ne sis in posterum de nun
co illorum; qui audacter provocant Denium
Job.c.12.6.

6. Julii.

I. **C**onsidera denique quòd gehens
& puteus abyssi tartareus , uju
quasi equuleus, tortura, & locus om̄oni
pœnarum ac suppliciorum genere resum
tissimus: ideoque à divite Epulone, mer
ritò appelletur : Locus tormentorum ant

dum ait Ne & ipsi [Fratres mei] ve-
niant in hunc locum tormentorum. Lucæ
c. 16. 28. Omnia enim tormenta ac sup-
plicia in eo, veluti in centro suo requies-
cent: adeoque majore vi & energiâ ibi
phollent, ac majore accrimoniâ, quâm
omnespiam agunt. In hoc suppliciorum
in poco est omnis boni absentia, omnis ma-
i terti præsentia, omnis miseria confluentia.
Nulla ibi redemptio, nulla consolatio,
nulla peccatorum remissio, nulla salutis
veniæ spes; nulla mitigatio, nulla in-
termisso tormentorum, aut tortorum
diassitudo; sed continua afflictio, tortura
appressidua & perennis laniena.

II. In hoc tormentorum loco, est om-
niū pœnarum excogitabilium colle-
ctio: ibi est locus ipse omnino terribilis,
ctor abominabilis, cruciatus intolera-
bilis, luctus & gemitus effabilis. Ibi
est privatio omnis au- i, desperatio
uis, iujusvis remedii; Societas nunquam re-
soncilianda, ærumna, angustia & pœna
refunquam terminanda. Ibi est vita semi-
mer moriens, & mors semper vivens; ibi
orumanta calamitas, tanta suppliciorum
du

28 *Domus aeternitatis. Consideratio*
cruelitas, tanta cruciantium inhum
nitas; ut miserabilium damnatorum *fa*
ta, non vita, sed mors dira, & agon
perpetua, meritò dici debeat. *Quare*
mortem & non invenient eam, & desu
rabunt mori & mors fugiet ab eis. Apo
c.9.6. *Ibi erit tortor cædens, vermis cæ*
rodens, ignis consumens, peccata detegi
tur, rei punientur, & hoc totum pereint.
S. Aug. L. de spir. & an.

III. Denique in hoc loco tormentorū
singula scelerā propriis ac diversis sui
stigantur suppliciis. Ibi enim sup̄ip̄si
omni confusione replentur: ibi al. c.
miserimā egestate arctantur: ibi hor
diosi ardentibus stimulis incitantur: fili
gulosi siti & fame cruciantur: ibi luxo
riosi & voluptatum amatores ard̄Co
pice & fœrido sulphure perfunduntur: ibi
iracundi & invidi, sicut furiosi abu
ululant; adeoque ibi erit una hora viri
vior in pœna, quam hic centum annū te
amarissima pœnitentia. Thom. Kesua
L. i. c.24. Unde damnatis illud *Jona*
miæ convenit: Insanabilis est fraſt
vestra; pessima plaga vestra; plaga

Julii 6.

29

hum
mici percussi estis castigatione crudeli , in-
um sanabilis est dolor vester. c. 36. 12.

Zelus animarum.

O Quis tam vecors , & amens erit ! ut
se , suosque à tot ac tam atrocibus
nisi tormentis eripere , non totis viribus alla-
deteg boret ? Si ipse Dives Epulo , sepultus in
inferno , positus in medio flammarum
rogo , rogit Patriarcham Abrahamum ;
ut mittat Lazarum in Domum Patris
sui , moneatque quinque Fratres , ne ē
superi si veniant in hunc locum tormentorum .
al. c. Quantâ curâ , fervore , zelo , monere ,
ibi hortari , terrere , rogare debes , tu Pater
filios , tu Domine servos , tu Paltor Pa-
bilochianos , tu Magister Discipulos ; tu
Concionator Auditores , tu Conscientiæ
lunarbiter , pœnitentes ; ne ē ipsi veniant in
hunc locum tormentorum ; Id nisi pro
viribus præstiteris ; Deus animas eorum
annâ te repeteret : Ipse impius in iniuitate
Kesua morietur , sanguinera autem ejus , de
d Janu tua requiram . Ezech. c. 3. 18.

B 4

CON-

CONSIDERATIO III.

Primus ingressus damnatæ aeternitati ho

Ducunt in bonis dies suos, & in puncto
inferna descendunt. Job.c. 21.23.

7. Julii.

I. Considera, quales cogitationes
quales erunt animæ damnabilis
fectus, primo statim momento, quoniam
cum hunc tormentorum subierit. Quextus
tus horror, quantus pavor, quantus liu-
mor, dolor, stupor, putas, eam occupatram
rus est? Nimirum triplici potissimum
de causa: nam 1. Videt se ex opulentia
sua ad extremam paupertatem. 2. no-
voluptatibus, ad summa tormenta. pali-
Ab honoribus, ad ignominiam m& v-
miam esse redactam. Et quidem Pridera
ex omnium rerum abundantia, ad equi-
statem, & ad omnium amicorum debu-
tionem. Prolata enim decretoriâ dateri
nationis sententiâ, mox Diabolus, bo-
genti cum exultatione, in ictu oculum
animam deducit ad Infernum; ubi on-
bus bonis suis, omnibus divitiis, om-
lun-

bus cognatis, amicis, sociis, famulis nuda data ac spoliata, prorsus aliam, atque in hunc hoc mundo, reperit faciem; & statim omnino diversum experitur. O quis tunc erit ejus sensus, quæ consternatio, quæ palpitatio, in primo illo carceris tartarei ingressu?

II. Cogita Regem, Principem, Notabilem, aut divitem quem piam Epulonem, subito illuc detrudi; atque ab uno Quextremo bonorum temporalium, ad austus liud extremum miseriarum æternarum ut patransire. Quid obsecro, dicet; ubi ex sim maximo stupore ad se redierit? Ah! dicet, ubi sum? Heu! quo deveni? Ubinam 2. nodo sunt divitiae meæ? Ubi Domus & ta. palatia? Ubi villa & prædia? Ubi horti & vicidaria? Ubi auri, argenti que pon- Pridera? Ubi supellestis omnigenæ & ex ad equisitæ copia? Ubi cellarum & penuum de abundantia? Prô dolor! omnia illa po- à dateris relicta; ita ut ex omnibus cistis nec s, bolum; ex omnibus palatiis nec clacum; ex omnibus vineis nec acinum, nec onpicam ex agris, nec guttam è cellis, nec onolum ex arniariis, nec granum è grana-

32 Domus eternitatis. Consideratio
riis, nec micam è promptuariis ac penu-
riis conferre licuerit. O indigentia!
mendicitas extrema! O mutatio tristis!
Catastrophe miserabilis!

III. Ex his collige & vide, quām ve-
dixerit Job. c. 27. 19. Dives cūm do-
mierit, nihil secum auferet: aperi-
[in primo Orci introitu] oculos suos; te-
nihil inveniet: apprehendet eum, q[uod] ra-
aqua [ex omni parte circumfluens] la-
obruens] inopia: Et nocte [improvisi] te-
obruet eum tempestas [mortis senten] ce-
ac damnatio sempiterna] O quantop[er] fa-
re tunc dives euclio damnabit inordiu-
tam suam oculorum concupiscentia[em]
O quantopere deplorabit suam in corre-
cervandis pecuniis injustitiam? O qua-
topere detestabitur cordis sui erga esse-
nos & inopes duritiam? sed sero nimia
actum est: Clusa est janua: & cum si-
casmo, audi & illud S. Jacobi c. 5.
Agite nunc divites, plorate ululantes!
misericordiis vestris: divitiae vestrae putrefa-
sunt; Et vestimenta vestra à tineis compe-
sunt: aurum Et argentum vestrum arup-
navit; Et rugo manducabit carnes vestras
tanquam ignis.

Colloquium.

Disce igitur anima mea, in hac vita
avaritiam tuam exuere; & à bonis
terrenis animum inordinatum abstra-
here, ne ea aliquando in infernum te ab-
strahant. Disce ea, vel re ipsa, vel sal-
uos, tem affectu deferre, antequam te dete-
, qm̄ rant. Disce opes à Deo datus, non di-
ens lapidare; sed fructuosè impendere; ne
te depriment ad incendia gehennæ. Dis-
ce de mammona iniquitatis amicos tibi
intopfacere, egenisque eleemosynas tribuere;
orduit cùm defeceris, recipiant te in eterna
tabernacula. Ne, si secùs feceris, ad ex-
tremum indigentiaz infernalis devenias,
quæcum damnatis avaris iniquitatem tuam
ga esserò deplores; Et arugo manducet carnes
nimeus, tanquam ignis. l. c.

8. Julii.

DEinde considera, quis sensus, ani-
musque futurus sit animæ dam-
comptaz, quando in primo orci ingressu,
arupmnia mundi gaudia & oblectamenta,
vestimenta summi, evanuisse cernet; séque à

34 Domus aeternitatis. Consideratio
gaudiis & voluptatibus hujus vitæ , Sap
summos dolores ac tormenta transileor
deprehendet ? Sicut electos beatitudo ito
tificat ; ita credi necesse est , quod à mi
exitus , ignis improbos exurat ; inquire
Gregorius M. L.4. Dial.c.28. à die e nes
tis , à die mortis , à die particularis ju
Ducii , à primo gehennæ aditu , ignis incip
urere , & illicitas plectere voluptates :
que ita Extrema gaudii , luctus occupa
Proverb. c.14.13.

II. Subitum hunc , à gaudiis ad sic
plicia transitum , similitudine aptâ , cla
clarat Veritas æterna Matth. c.24. Si am
in diebus Noë . Edentibus , bibentibus mu
nubentibus , & in deliciis vitam suam viv
centibus , repentinus advenit vindicta
divinæ dies , & diluvium : ita hodie tripli
evenit Peccatoribus , carni & ventri am
vientibus , Dum multos sibi annos illa
huc appromittunt ; dum longa sperlo
gaudia , hæc repente abrumpuntu plati
convertuntur in lamenta : Spes immo
tanquam lanugo [pappus , villus , pulvin
pluma] que à vento tollitur ; Et tanqu
fumagracilis , que à procella dispergit .
Sapit

æ, Sapientiæ c. 5. 15. Et quidem dolor
ansæorum ac pœna ex eo crevit; quod sub-
undo itò, & præter spem suam de deliciis, ad
d à miserias; de vitæ floribus, ad pœnas; de
qui recreationibus & oblectamentis, ad ig-
dieenes sulphureos transeat. **Nimirum**
is ju *Ducunt in bonis dies suos, & in puncto ad*
incipit inferna descendunt. Job.c.21.23.

tes: III. Expende autem, quid cogitatu-
ccupra, dicturáve sit infelix anima, ubi pri-
mùm in flammis sepe repererit, atque
ad hanc circumspexerit. An non attonita ex-
stâ, clamabit: Ubinam modò sunt intimi
4. Si amici mei & individui Sodales? Ubi
utib mundi gaudia & voluptates? Ubi con-
am vivia, bellaria, & pretiosa vina? Ubi
ndiomusica & symphonia? Ubi diludia &
died tripudia? Ubi Charitum & Helenarum
ntri amœna consortia? Ah transierunt omnia
nos illa, tanquam umbra: & eheu! in eorum
speluncum successere, fames, sitis, luctus,
intuplancus, dolor, mæror, horrifica Dæ-
zes in monum Spectra; reprobaque Damnato-
pultum monstra. O fatalis mutatio statûs!
inquit O lamentabilis comœdiæ dicam, an tra-
ergu, cœdiæ exitus!

Sapit

B 7.

Moni-

Monitum.

O Voluptatum spurcarum amores ! genuini Adonidis , Myce & Epicuri asseclæ ! qui nunc nil deam sensuum , carnisque delicias sectantur cogitate primum illud æternitatis danae in orco momentum : Quid proderit vobis , appetitus cibi exquisitum ? Quid proderit potus delicatus , vestis paucis , calceamenti speciositas , carmollities , ventris ingluvies , ciborum perfluitas , crapula & ebrietas , domum constructio , præbendarum acquisitione , divitiarum aggregatio ? S. Apoc. peccat. c. 7. Videte quid amate & queratis ; atque ut vitam lubricam corrigatis , voluptatum non initium sed finem respicite : voluptates enim itio blandæ , in fine mordent ut colubri & intolerabiles pariunt dolores : mel fellæ , rosæ spinas , oblectamenta mortuæ , æterna secum devehunt tormenta ; scriptum est enim : Quantum in decisiis fuit ; tantum dare illi tormentorum Iudeus . Apoc. c. 18. 7.

9. Julii.

Considera denique , quo pacto,
 impii damnatorum manes , vi-
 nil deant sese , ex honorum ac dignitatum
 culmine dejectos,in abyssum ignominiae
 & confusionis. Idque meritò , quia
 Deus illos in hac vita exaltavit,suscitans
 à terra inopes , & de stercore erigens
 pauperes,ut collocaret eos cum Prin-
 cipibus populi sui : ipse non raro de A-
 simis vocat ad purpuram,ut Saulem ; de
 pedo pastoritio,ad sceptrum , ut Davi-
 dem ; de hasta & galea militari,ad coro-
 nam , ut Martianum : quod si vicissim
 tales ingratos se exhibeant, Dei manda-
 ricia pessundent, populo suo scandala præ-
 ceant , an non jure ipsis exprobat ; quod
 olim Davidi , per Nathan Prophetam:
Ego unxi te in Regem super Israel : & ego
rui te de manu Saul ; & dedi tibi Do-
nnum Domini tui , & uxores Domini tui
in sinu tuo , dedique tibi Domum Israel &
Juda : Quare ergo contempsti Verbum
Domini ; ut faceres malum in conspectu
meo ? Quamobrem non recedet gladius de

domo

9. I

38 Domus aeternitatis. Consideratio
domo tua in sempiternum. 2. Reg. c. In p
7. Et si hi impoenitentes diem suum qua
eant: an non meritò damnationis æt Lu
næ fulmine eos ferit? Discedite, super Sic
ingrati, maledicti in ignem aeternum? con

II. Dudum vaticinatus est id, R
demptor noster, dilucide afferens: Osul
nis qui se exaltat, humiliabitur Luca pa
14. 11. Quotquot enim in hoc mu
ndo fastuosi, tumidi, arrogantes, supernil
Dei mandata conculcant; contra p̄spī
ximum insolenter intumescunt; cutia
ctos p̄ se despiciunt; nulli se subjiceat
omnibus imperare ac dominari gestiū di
pauperes opprimunt, justitiam non aqui
ministrant: Ejusmodi potentes, qualibet
cunque deum sunt, à morte, subitō in
infamam Orci abyssum detruduntur; fan
primo momento incipiunt videre & enor
periri, quæ nunquam cogitabant, aed
apprehenderant. Vident enim se omni
bus mandata dare solitos, nunc omni
bus bonis, omnibus subdiris, ministri se
famulis destitutos: vident se expulsi
regno, throno, palatio, Dominio, potui
testate, honore ac statu pristino; jamq̄ illi

c. In profundo barathri , summâ ignomi-
niam , dedecore ac confusione repleri ;
at Luciferoque ac Diabolis ejus substerni.
Sic nimirum impletur illud : *Qui me
n? contemnunt, erunt ignobiles.* 1. Reg. c. 2. 30.
R. III. Expende paulisper , quantam
: subita hæc mutatio , ejusmodi Dominis
Luca pariat tristitiam , animique dejectionem :
c mi quād durum , quād miserum est ab om-
nibus honorari solitos , ab omnibus de-
ra p̄spici ; omnium obedientiam , reveren-
; cutiam ac submissionem experiri assuetos ,
ojiceā nemine respici ; ab omnibus vilipen-
estudi , omnium pedibus conculcati . De
non a quo præclarè loquitur S. Chrysostomus
quæ hom. 22. *Orco addictus , spoliatus , re-
bitorum omnium nudus est : non jam opes , non
tur , famuli , non byssus , non purpura , non epule :
e & non jam palatia ; sed infernus : non byssus ,
t , sed furus ; non purpura , sed flamma ; non
omnifluita sed fornax succensa . Non Pro-
omnium & Ministrorum honores & ob-
inistris sequia ; sed Cacodæmonum sannæ ,
xpulsæxhibitiones & ludibria . O quale
o , potius hæc cordibus generosis infli-
amq;nt !*

Admo.

Admonitio.

O Magnates; sed superbi! O coroz in
ta capita; sed elata! Ecce quām
penda & tremenda vos præstolatur
ratio; quām improvisa novitas, & quām
insolita depresso! perpendite obser-
vate quid est, subito è throno gloriae
abyssum ignominiae æternæ dejici!
quām durum, quām arduum est, è cul-
ne honoris, in profundum confusio-
perpetuæ deturbari? Vultisne serio-
mentabilem hunc casum evadere?
vate monitum Ecclesiastici c. 3. Iudei
Quanto magnus es, humilia te in omnibus p
coram Deo invenies gratiam. S. Ambrosius
& S. Ephrem. legit. Quanto majororū
tantò magis te humilia in omnibus na-
gere submissius Quoniam magna potest
Dei solius, & ab humilibus honorificetur
Eccl. l. c. Qui id negligunt, dicent
quando cum Superbis Sap. c. 5. Quid
nobis profuit superbia, aut divitiarum
Etantia, quid contulit nobis? Transi-
omnia illa tanquam navis, quae perni-
fluctuantem aquam; cuius, cum prauis.

Julii 10.

41

it, non est vestigium reperire: nec solum
transierunt, sed post se traxerunt peccatum
coroz infelicitatem sempiternam.

CONSIDERATIO IV.

Societas damnatae eternitatis.

Colligit primum zizania, & alligate ea in
fasciculos, ad comburendum.

Matth. c. 13. 30.

10. Julii.

Consideranda est nunc *Societas* in-
felix Damnatorum, quæ multis
causis est abominanda: sed
omnem præsentí ternas solum perpendemus;
quod nimis sit, probrofa, odiosa &
horrenda. Ac primò quidem est vel
maxime probrofa & ignominiosa: omnes
damnati, sunt inimici Dei, à facie
Ius projecti, in carcerem stygium, tan-
quam læsæ Majestatis divinæ rei, detru-
& quasi stigmate ignominioso per-
petuò notati sunt: teste Vate regio: Per-
iussit inimicos suos [damnatos] in po-
teriora; opprobrium sempiternum dedit
Psal. 77. 66. Et Jeremia c. 23. 40.

Dabo

42 Domus aeternitatis. Consideratio
Dabo vos in opprobrium sempiternum,
ignominiam aeternam, qua nunquam
vione delebitur. O quis honesto loco
tus, hanc non reformidet?

II. Cogita, si in hoc mundo habitare
aut conversari, cum proscriptis è
tria, cum carnicibus & deglubitorib
cum Lictoribus & tortoribus, cum
letatis & facinorosis nebulonibus, ma
ma censetur ignominia: quanto de
cori erit, habitare & manere, in p
brofissima tot milenorum Diabolon
Societate, qui omnes turpiter ejec
proscripti sunt è cœlesti patria; qui u
quam rebelles summi Numinis, visio
Dei privati; tanquam capitales ejus
mici, rudentibus cæli detracti, in can
re infernali revincti sunt; ut pœnas
luant sempiternas? Quanto deiad
probrio erit, perpetuò degere cum
fariis hominibus damnatis; qui par
sunt hostes & rebelles Dei, ab illo rep
bati, ejecti, atque ut scelasti malefacto
ad carceres perpetuos condemnati?

III. Sed ulterius in particulari
pende, quanta infamia sic, in æterni

vivere in Societate adeò inhonesta, cum
ot crudelissimis Tyrannis, Diocletia-
nis, Valerianis, Neronibus, similibusque
ruentis bestiis? Quanta ignominiae
nacula erit, vivere cum latronibus, præ-
s è lōnibus, homicidis & parricidis? Quan-
orib m dedecus manere cum luxuriosissi-
m scortatoribus, infamibus meretrici-
bus, adulteris & sacrilegis? Cum tot
de Picuræis, epulonibus, lurconibus, hel-
lōnibus ac ventris sui mancipiis? Cum
ot transfugis, à fide & religione Apo-
jetatis, perduellibus, ac desperatissimis
ebulonibus? Cum tot magis & sagis,
eneficis, maleficis, incantatoribus &
trygibus, aliisque nefandis tenebrioni-
us. Si coram mundo ignominia fuit
atriarchæ Joseph, includi cum reis car-
eri; Regi Sedechiæ, à Nabuchodono-
re includi caveæ, Christo Domino,
im latronibus pendere in cruce:
uanto dedecori erit coram Deo & cæ-
& orco, cum tot millionibus scelesto-
im & infamium tenebrionum, ad car-
res, pœnasque perpetuas condem-
ari?

Doca-

O Laudis, famæ & gloriæ cupidim
me homuncio! si ita sentis, d'ratio
que lædi vel punctum honoris tui; es
afflit leue & breve vituperium; eni
faciet dedecus, & opprobrium se ale
ternum? Si Tribunum militum ita uni
git ob delictum, fracto gladio pro urc
e militia; aulicum ex aula, Princi
Comitem, Nobilem, propter reb' st
nem ablatis insignibus & honorib' se u
jici ad proletarios & fæcem p'nt
quanto dedecori & dolori erit, om'nt,
dignitatibus, officiis, honoribus exu II
damnari ac detrudi in carcerem p' dic
tuum, latronum, prædonum, Magotati
aliorumque scelestissimorum neb're
num? Dies Domini super omnem s'los
bum & excelsum & arrogantem, gollig
miliabitur. Isaiæ c. 2. 11. usque ad i
ni i'mam abyssum.

ii. Julii.

I. D Einde perpendendum,
Damnatorum Societas,

festas, & mutuis odiis implacabilibus
flammata: præsertim inter scelerum
upiōimplices: hi enim licet in hac vita sint
, d̄rātres, Sorores, cognati, amici, conju-
cui; es, amasii & amasiæ, amore invicem
n; conjunctissimi: mox tamen atque infer-
m se ale barathrum intrant, capitaleseva-
itaunt hostes, mutuo se odio, irâ, rabie ac
prolurore insectantes: unde fit, ut amici &
incimicæ, ob quos tergum Deo obversum
reb̄st, velut furiæ crudelissimè in abysso
tribus se torqueant, nullum suave verbum,
pot amicitiæ signum dare valeant, sed
om̄nt, ut Job ait: *Sudes in oculis. c. 28. 13.*

sexu II. Et tamen, non obstante tanto
dio ac furore; coguntur simul asso-
lago lati, & quasi in fasciculos colligati vi-
nebere semper. *Alligate zizania in fasci-
culos ad comburendum.* Matth. c. 13. 30.
, colligare in fasciculos, teste S. Gregorio,
eos, qui igni æterno tradendi sunt, pa-
zparibus sociare; ut quos similis culpa
quinat, par etiam pœna constringat. Li-
ite in fasciculos, ut exponit S. Augu-
inus serm. 30. de Sanctis. Id est, Ra-
, sitices cum rapacibus, adulteros, cum adul-
teris;

46 Domus aeternitatis. Consideratio
teris ; fornicatores cum fornicatoribus
micias cum homicidis ; avaros cum ast
ris , invidos cum invidis , iracundos ruc
iracundis , fures cum furibus , deris
cum derisoribus , similes cum similis
conjugite , & concatenate. O q
tormentum ! quam durum vinculi
sed considera ulterius praedicta C
sti verba.

III. Alligate zizania in fasciculus
comburendum. Hoc est, alligate Aedu
signanos scelerum , cum suis assecuru
Seductores cum seductis , Hæresiarato
cum hæreticis , ut hi illorum tormenta
in orco adaugeant. Alligate Reges ax
perbos cum Pharaone ; Judices iniulisi
cum Pilato ; invidos cum Esau ; Piem
tores cum Juda : luxuriosos & adulter
ros cum Herode , Turcas cum Mata
mete , Pelagianos cum Pelagio , Della
tistas cum Donato , Manichæos abi
Manichæo , Calvinistas cum Calvodo
Lutheranos cum Luthero , Mennonites
seu Anabaptistas cum Mennone , Ere
distas cum Labadæo , Hæresiarchas vari
sequacibus , Duces impios cum merari
Par

ibus, complices cum complicibus: justum
um est enim ut fiat instrumentum summi
doloris & doloris, quisquis minister
deruit detestandæ voluptatis, vel erroris
similis el cujusvis sceleris.

Colloquium,

Q Quot & quanta igitur accedent
tormenta Hæresiarchis? Tot, quot
animas seduxerunt. Quot & quanta
ad eductoribus? tot, quot animas pver-
asseerunt. Quot & quanta impuris Scor-
esiaroribus & Scottis? Tot, quot animas
corrupuerunt, & secum in orcum per-
egeaxerunt. Quo autem vultu, quibus o-
culis, ibi sese intuebuntur? Quam mor-
tem non libenter Amassii illi sustinerent;
ad ex oculis tollerentur illæ, quas in hac
Mita dilectas suas, corda sua, Deas suas ap-
pellabant? Cum Draconibus infernalibus
eos abitare, volupe illis foret, ut ab hujus-
Calvodi megæris, earumque societate libe-
rentur. Sed frustra omnia: maledi-
cere, Ere furiis istis possunt, detestari & exe-
chasi possunt, at ab earum consortio li-
merari non possunt: quas enim modico

Pars III.

C

tem-

48 Domus æternitatis. Consideratio
tempore socias habuerunt in deliciis da
socias perpetuò habebunt in tormentis fœ
*Alligate ea in fasciculos ad combun
dum ; vinculisque tartareis ita astrin
cate, ut nec pedem, nec manum, nec ocul
bum movere valeant , & hoc in tunc D
quanta quanta erit? æternitate.*

12. Iulii.

I. **D**Enique perpendere licet , quod facit
Societas æternitatis dama &
sit horrenda & abominanda , sive contra Di
dæmones, sive homines spectes. Na
grave tormentum est marito , totâ eve
suâ degere cum muliere rixosa & fudu
sa, de qua Proverb.c.21.9. legitur : ani
lius est habitare in terra deserta , qui mil
cum muliere rixosa & iracunda. Enim
men cogitur illud Martialis Poëta dñe
re : *Non possum tecum vivere, nec sine a
Si quoque pœna horrenda est , cum no
pente , gallo & simia insuiculeo ; & Dr.
jici in mare ; quod olim parricidae
erat supplicium : quam terribile c. II
mentum erit habitare in Inferno cœn
innumeris Dæmonibus , & hominib
di*

damnatis, omnibus monstribus spectrisque
fædioribus?

II. Si ingens supplicium est, mitti in
carcerem vel lacum leonibus rugienti-
bus ac effurientibus plenum; ut accidit
in to Danieli Prophetæ: Si horrenda & pro-
pè inaudita foret pœna reorum, decem
duntaxat annis commorari in vasto
quopiam antro, unà cum mille leonibus
& famelicis & tigribus; cum mille colubris
& bufonibus; cum mille basiliscis &
Draconibus; qui simul rugiant, sibent,
terreant, mordeant, vellicent, virus suum
evomant atque infigant: quām tremen-
& fudum tormentum erit, vivere non decein-
r: annis, non decem annorum millibus aut
, qmilles millenis millionibus; sed in æter-
. Enum cum Dæmoniis & damnatis innu-
merabilibus, omni leone tigride, serpen-
tis ac Dracone færioribus, & imma-
cumnioribus? Replebuntur Domus eorum
& Draconibus, & habitabunt ibi stru-
cidationes, & pilosi saltabunt ibi. Isaiae
bile. 13. 21. Et occurrent Dæmonia ono-
no centauris, & pilosus clamabit alter ad al-
minorum: ibi cubavit lamia. Idem. c.

50 Domus eternitatis. Consideratio
34. 14. O quam abominabilis coh
bitatio!

III. Quam horrendum erit comm
rari, imò & in potestate esse, atque sul
esse Lucifer, monstro tetro & cu
delissimo omnium Damnatorum T
ranno? Qui à S. Joanne appellat
Draco magnus, & serpens antiquus, D
bolus & Sathanas. Apoc. c. 12. 9. Ac ve
leo rugit, velut serpens sibilat, velut l
ya territat, velut hostis frendet, velut
nis mordet, velut Draco spiris hor
dis circumPLICAT, velut carnifex sup
cia semper intentat. Quam terri
erit cum hujusmodi Dracone & ho
innumerisque aliis spiritibus malig
æternum habitare, & ab eis torqu
cum ad reproborum torturam, &
vindictam cratisint? Eccli c. 39. 33. U
cum tot hominum damnatorum mil
nibus; qui magis, quam illum monst
aut spectrum sunt horribiles, & me
pavorēmque incutiunt inexplicabiler

Insultatio.

J Ergo nunc, impie & desperate I.
cator; J & dic: si in infernum de

Julii 12.

51

dar; non ero ibi solus: numerosam illic
societatem reperiam. O infane! sperá-
ne ex sociorum multitudine solatum
aut levamen? An nescis, quò plura in
fornacem congeruntur ligna, eò magis
ardorem crescere & augeri incendium?
Plures Carnifex in carcere uno, plures
lethaliter sauciati in una domo: plures
ad mortem ægri in uno Nosocomio:
plures phrenetici in uno morodochio,
an minuant miseriam? Audi Doctorem
Angelicum disertè affirmantem: *Ex dam-
natorum multitudine, pœna augetur singu-
lorum. In 4. dist. 50. q. 2. a. 1.* Hinc colli-
guntur zizania in fasciculos ad combu-
rendum; ut conjuncta intensius ardeant,
vehementiusque torqueant.

CONSIDERATIO V.

Tenebræ damnatæ æternitatis.

Mittite eum in tenebras exteriores.

Matth. c. 22.

13. Julii.

Considera duplices in ergastulo
stygio esse tenebras, scilicet exte-

C 3

riores

§ 2 Domus aeternitatis. Consideratio
riores & interiores. Interiores tenetiu
sunt pœna damni & privatio visio*cii*
beatificæ, de qua infrà agemus: exte*cii*
res sunt carentia lucis. Tenebra ^{mo}
riores, ait S. Gregorius, sunt cæcitas ^{ru}
dis; exteriores, nox aeterna damnatio pic
de quibus Salvator ait: Mittite enim
tenebras exteriores l. c. In has omnis fa*cii*
probus, primo, quo hujus mundi luc*cii*
deserit, momento, præcipitatur; & his
lunæ, stellis, ac diei, vale perpetuum xig
cit, cuim Jobo lamentans: Vadam o*cii*
non revertar ad terram tenebrofam D*cii*
opertam mortis caligine, terram miseri*cii*
& tenebrarum. c. 10. 12. Nullo unq*cii*
vel minimo lucis radio recreandus. ore

II. Hæ autem tenebrae exteriori*cii*
triplici oriuntur capite. Primo ex 8.
Io Speluncæ tartareæ loco; qui exerci
corde, seu centro terræ, undique ^{re}ste
circundatus, omnes excludens lucis ate*cii*
dios; in ipso enim, velut loco naturali
caligo habitat. Secundò ex situ Dt, sc*cii*
natorum: quia uti nunc fit tempore crò
tagionis quando, ob nimiam multitudi*cii*
nem, mortui in unam soveam co*cii*
de*cii*

tenet iuntur ita post diem extremum judicis, damnati in unum cumulum coacer- extevati ac condensati, nec se extendere, nec rā imovere, nec liberè circumspicere pos- sitas erunt. Tertio ex fumo ingenti, de natiopice & sulphure succenso, prodeun- e eme : *In sempiternum ascendet fumus ejus.*
missaiae c. 35.

di luc III. Erit quidem in hoc barathro, ig- ; & his cum ardore intenso ; sed cum luce uixigua, sulphurea, pallida, mœsta : ita ut adi oculos aperiant, horrenda quidem am Orci spectra conspiciant; sed nullum ex misu levamen percipient, quemadmodum unqā Mundo fit, ex fulgure in medio ter- us. ore atrocissimæ tempestatis. *Vox Domini, intercidentis flammatum ignis.* Psal. ò ei 8. *Vox Domini, id est imperium Dei in- ui exercit, ac dividit flammatum ignis, dum que ste D. Thomā, erit ibi ardor, sine cla- lucitate & luce. Deus enim, in pœnam natalorum relinquit in igne, quod malum tu Dt, scilicet ardorem cruciantem ; aufert ore ergo quod bonum est, scilicet lucem re- ultivantem. Confirmat id S. Augustinus in co. despir. & anima. dum ait : *Mors pe-**

34 Domus aeternitatis. Consideratio
rimet & non extinguet, dolor cruciabilis Chi-
pavorem non fugabit; flamma combu-
sed tenebras non discutiet: erit enim tene-
ne obscuritas, in obscuritate pavor, in bræ-
bustione dolor. Ita reprobi ignibus in xi-
ni traditi, in suppliciis dolorem sentie-
in doloris angustia, pavore ferientur.

I. D

Increpatio.

O Cæci peccatores! quam tenet nim-
fa est via & vita vestra: qui aut
clausis in scelerum veraginem; atq[ue] fulp-
de in abyssum ruitis: Verè Via illes,
rum tenebrosa, nesciunt ubi corri. Dan.
Proverb. c.4. 19. Via vestra est nem-
brosa, quia plena caliginis, plena invoca-
tioniæ, erroris & perversitatis; ne pro-
que quonam casuri sitis. An ignobilis
casus qui in tenebris accidunt, inacem-
esse periculosos ac formidabiles? I-
ciunt ubi corruant. Nimirum de-
re in scelus, de culpa in pœnam, de sive
in abyssum tartaream, è qua nunq[ue] Dan.
emergent. Si igitur in hanc, ma-
pedib[us]que ligatis mitti nolitis; ab specie
opera tenebrarum: & audite Mon^{cui} cur

Christi Joan. c. 12. Ambulate (in viis
Domini) dum lucem habetis: ut non vos
in tenebrae comprehendant. Nimirum tene-
brae hæ exteriore & infernales, vel ma-
xime formidabiles.

14. Julij.

I. **D**einde considera, tenebras hasce
esse omnino horribiles: Non e-
tenim sunt tantum mera absentia lucis,
aut simplex aëris obscuratio; sed sunt
atq sulphureæ, fœtentes, crassæ ac palpabi-
les, præ nimio pavore & horrore miseris.
Damnatis trepidationem ac palpitatio-
nem causantes, atque ita territantes, ut
in voce interclusâ vix verbum articulate-
ne profari valeant; juxta sensum illius qui
ignorat olim dicebat: *Impii in tenebris contices-*
, inaccident. 1. Reg. c. 2. 8.

II. Qualem in hac vita horrorem in-
debet cutit, si quis spiritum, sive damnatum
, sive beatum videat aspectabilem? sane
Daniel Angelum conspiciens de se ait c.
ma 7. *Non remansit in me fortitudo; sed et*
; ab species mea immutata est in me et emar-
Mon cui, nec habui quidquam virium et jace-

56 Domus æternitatis. Consideratio
bam super faciem meam Et vultus tot
hærebat terræ. Si talem horrorem du
cutit spiritus beatus; quid facient ^{Æg}
tus damnati? Novimus Coloniam ^{nisi}
dotem Societatis nostræ, qui visu ^{pra}
piam nocturno, ita fuit terrefactus; cat
illi capitum nigredine positâ, unâ ^{haec}
canitiem induerint: licet, his ablo
novi postea succrescentes pristinum ^{ion}
lorem nigrum denuò induerint. Cum
pavor mente in occupat, si quis nocte ^{on}
conclavi lemuribus infesto, aut inter orri
vas mortuales, ac spectra terrificâ, err
versari cogatur? Qualis igitur horris
invadet hominem, dum in inferno ^{An}
tot damnatos manes, ac spiritus Diem
licos deget, non unâ nocte quæ citio ^{un}
terit, sed nocte æternitatis totâ, quæ
nem nescit?

III. Horrendarum inferni tenet
rum, rudem imaginem adumbrant
bræ ægyptiacæ, licet magnum intercedat
illæisque discrimin intercedat. Natura
Ægyptiacæ solum durarunt triduo; orri
giæ durabunt absque termino. 2. illus
tantum erant in terra Ægypti, hæ sunt spe

tota regione umbræ mortis. 3. Illis
durantibus non cernebant se invicem
Ægyptii; in his non vident se reprobi,
nisi ad pavorem & horrorem. 4. Illi
præ timore lapsûs manebant immoti; hi
catenis alligati, præ spiritûs anxietate
nâ hærent siderati. 5. Illi ob conscientiæ
ab emorsum pavebant conterriti; hi præ
num horrore ineffabili, attoniti contabes-
tunt. O tenebræ tartareaæ, ægyptiacis
nondongè magis terribiles! quis vos non re-
intimidet? O quis miseris illis, trepidis,
erritis & velut stupefactis, hisce in tene-
bris inter tot stygia monstra erit animus?
An non quilibet illorum dicere poterit:
Emarcuit cor meum; tenebrae stupefeca-
vit me? Isaiæ c. 21. 4.

Affectus timoris.

Amator sæculi huius! O fili tene-
brarum! An tenebris hisce consi-
deratis, non trepidas? Horres, dum no-
nat solus apud defuncti cadaver vigilas:
horres dum mediâ nocte cœmeterium
transis: horres, dum in arce nobis
spectris infestâ, solus in cubili dormire

58 Domus aeternitatis. Consideratio
juberis : sed ad tenebras avernales, ad flu-
vas stygias, ad turbulentorum spiritu-
tumultus & infestationes nullo hor-
percelleris. Ah! cessa, cessa, oculos d' est
dere, cæ coque impetu in sceleram ru-
ex quibus in abyssum illam horren-
ac tenebrosam devolvaris ; è qua su-
quam conceditur exitus. Audi S. ru-
gustum in Joann. ita scribentem: Q[ua]d
quis flagitosus non horres tenebras, sed lan-
ris ; Et gaudes, quando lucerna extin-
tur : Non tales [in orco] tenebrash-
bis unde gaudreas ; sed ubi sit tortor su-
fectu, Et tortus sine defectu.

I. f. Julii.

I. **Q**uod verò in his tenebris attri-
simum est, est aeternitas : Tene-
bræ enim stygiæ sunt aeternæ; veluti ad
Propheta verbis Clarissimis testatur, bis
cens : Tenebrae Et palpitatio facta sunt
per speluncas (tartareaas) usque in lica-
num. c. 32. 14. Idem confirmat S. Iohannes
Apostolus in epistola sua, scribens: At
sunt : nimis convivantes sine timore
nubes sine aqua , arbores in fructu

s, ad fluctus fieri maris, despumantes confus-
pirit siones suas, sidera errantia; hi, inquam,
honi sunt, quibus procella tenebrarum servata
los est in eternum. Vocat autem procellam
ra ru tenebrarum; quia dum fumus in altum
tremelatus, locum non reperit quo exhalet;
qua summo impetu deorsum revertitur, alte-
li s. rumque premit a quo sursum agebatur;
m: atque ita sese in gyrum volvendo, procel-
la, sed iam illam tenebrarum excitat quæ dura-
exti tura est in eternum.

II. Perpende, obsecro, quid est hoc
in eternum? An ad decies mille millio-
nes annorum? An ad centies mille mil-
liones ævorum? An ad millies mille mil-
liones sæculorum? Ah! nihil est quod
dicis: sed dic rursum totidem, & rursum
centies & millies totidem; ac denique
adde, sine omni fine ac termino, repro-
bis servata est procella tenebrarum. Co-
gita jam; si vexato calculi, podagræ, co-
e in licæ, aut dentium doloribus acutissimis,
nox una insomnis adeò longa videatur;
at mensem adæquare putetur; quid quæ-
erit nox æterna in tenebris horren-
tibus?

60 Domus eternitatis. Consideratio
dis, in tormentis ac doloribus imm
sis, transfigenda?

III. Si una nox Didaco Osorio
spano, adeò longa accidit, ut in ea p
timore & horrore incanuerit: unde P
ta cecinit : O nox quam longa es, que
cis una senem ! Quid faciet nox p
petua, nox infinita in gehenna ? An
de ea quoque meritò exclamabunt da
nati. O nox quam longa es, sine, diē
carens ! O nox quam longa es, qua
ne fine gravas, crucias, premis, oppri
timoribusque ac doloribus torques
interruzione, sine lenimine, sine ce
tione ! O homo ! si ad noctem han
gissimam , ad quām nunquam , ma
aut dies sequetur , condemnatus fue
væ tibi !

Monitum.

O Filii lucis ! O Ecclesiastici ! O
ligosi ! O Christiani sacerulares !
lucifugis ac tenebrionibus damnatis
censi nolitis ; ac transire de teneb
ad tenebras, de tenebris temporalibus
æternas : fugite opera tenebrarum,

Julii 15.

indumenti arma lucis : Sicut in die honeste ambulemus ; non in commissationibus & ebrietatibus ; non in cubilibus & impudicitiis ; non in contentione & amulatione , sed induimini Dominum Iesum Christum.

Ad Rom. c. 13. 13. Nisi id feceritis , brevi in tenebris stygiis sepelienti , in quibus & nativitatis vestrae & æternitatis noctem , maledictis per petuis onerabitis , Clamantes : Noctem illam tenebrosum turbo possideat : non computetur in diebus anni ; non numeretur in mensibus ; obcurrent eam tenebrae , occupet eam caligo , & involvatur amaritudine . Job c. 3. 5.

CONSIDERATIO VI.

Fætor damnatae æternitatis.

De cadaveribus eorum ascendet fætor.

Isaiæ c. 43.

16. Julii.

Considera graveolentiam infernalem , ex fonte triplici scaturire : empe ex ipsius loci colluvie ; ex sulphuris fætore ; ex Diabolorum & damnatorum putore . Ac primò quidem fætor into-

62 Domus aeternitatis. Consideratio
intolerabilis ascendit, ex Stygii carnar
colluvie: nam Infernus, teste S. Anqu
no. p. 4. summæ. Est quasi latrina mœn
Et quasi sentina; in quam omnes scilicet
confluunt, postquam ultimæ Diei ignis o
ram penitus purgârit. Idem docet S. Hus
mas in 4. d. 47. q. 2. a. i.

II. Hac de causa sacræ paginæ iugis
num nuncupant lacum: Apoc. cano
Misit in lacum ira Dei magnum. In
lacu magno & graveolente, ut loquissi
Doctor mellifluus est Miseria & len
fæcis peccatorum. Nominatur e
stagnum in quo aqua absque influi
effluxu stagnat. Apoc. l. c. Cog
aqua in stagnis & paludibus æstivo
pore ita fœtet; præsertim quando int
lis maceratur linum; ut aërem in
atque corruptus; quid faciet stagnum
avernale; in quod cuncta mundi vies
influit, nunquam effluit; sed velon
centro suo subsidit ac subsistit?

III. Ut igitur hunc fœtorem sty
evadas, sape mente ingredere hunc ulu
cum, accede hoc stagnum, hanc patic
dem intuere: & nisi sis delicatus nisi

carnares paulisper admove ; ac mephytin
 Anquodammodo attrahe : & cohorresces;
 nam mentiesque, quis, qualisve sit iste lacus,
 nes scilicet si locum spectes , est profundus:
 ignisi odorem, putidus, si squalorem, fordin-
 et S. I. us , si inquiliнос, fœtidus, si damnato-
 rum putrescentium multitudinem , an-
 nae angustus, si temporis durationem, æternus;
 c. undique & undique , obstructis ostiis,
 Inconclusus ; adeoque cloaca fæculen-
 loqissima , ac latrina mundi longè graveo-
 & lentissima.

Improperatio.

Coger! ô sentina! ô lacus! ô stag-
 tivo num fœtentissimum! Quid est in te
 immerti, in te sepeliri, ac volutari in æ-
 n internum? Ut quis te evadat: quis omne in
 stagiundi suaveolentiam non libens sper-
 dicat? Quis mephytin quamcunque hîc
 d vel on toleret? Huc igitur adeste omnes
 elicatuli & delicatulæ; & hoc vestrum
 lens lustrate atque odoramini recepta-
 ulum ac simetum. En, hæc est habi-
 tatio vestra perpetua, qui hîc nihil oletis,
 us nisi moschum & balsamum. Hæc est
 vestra

64 Domus aeternitatis. Consideratu
vestra commoratio, qui pauperes, ^{ndi}
quam male oientes , à vobis abi³⁰
Hæc est vestra Arabia , qui rosis vo^{II}
ronatis , qui nil nisi cuticulam vela
curatis & putidæ carnis vestræ exp^{cl}
libidines. Ibi erit , pro suavi odore, sicut
Isaiæ c. 3. 24. Sive ut Vatablus vertit ve
rit promisco, tales.

17. Iulii.

I. Perpendendus deinde est, alter ^{itt}
veolentiæ stygiæ fons , scilicet ^P
phur accensum: de quo S. Joannes ^{Ene}
glista ait : Pars illorum erit , in ^{sab}
ardenti, igne & sulphure. Apoc. c. 21 ^{ma}
ibidem c. 20. Descendit ignis de ^{int}
Diabolus missus est in stagnum ignis & ag^{ag}
phuris. Ne verò ignis & sulphuri ate^{ate}
quam deficiat, aut absumatur ; flatu^m
Dei, ea assidue accedit atque conse^{se}
Non secus ac ventus, in monte ætna^{o c}
icitat incendium ; ita flatu^{re} iræ Dei,
decretum divinum de damnatione,
cendit ignem inferni; non aliter ac si
rente a sulphuris in eum exspueret:
tus Domini , sicut torrens sulphuris,

res, uidit illam. id est gehennam. Isaiæ
3 ab 30. 33.

is vo II. Cogita, si frustulum sulphuris, pi-
n vel aut fabæ magnitudinem non excedens;
e exp clauso conclavi succensum , tantam
ore, faciat mephytin ; ut in eo nemo dura-
vertitur vel respirare valeat : quid in spelunca
la tartarea , faciet torrens sulphuris ar-
entis? Quid stagnum ingens, in quo li-
tor sulphureus, non decrescit, non e-
alteratur, non siccatur, non consumitur ;
cilius post infinitos annorum millions,
neenum manet, sibi que simillimum? An-
, ins ab hinc aliquot, in aula Gymnasi, be-
. c. 21 magna, in vicinia nostra cum gladius
de ammeus, cui sulphur admixtum erat, in
nis agœdia , succenderetur; is fumo fœ-
ohuite, sic aulam complevit; ut Spectato-
m alii os, narésque obturarent, alii hu-
conse se prosternerent, alii fenestras vitreas,
ætna captando liberiore aëre , pertur-
De rent atque perfringerent , ne fœ-
one, ce intolerabili examinarentur ? Si
ach gladius exiguis ; quid magnus
eret vius ? si hoc modicum sulphuris
ris, censem ; quid ingens lacus sulphu-
re ar-

66 Domus aeternitatis. Considera
re ardens , & ad multa millaria se
tendens?

III. Applica tibi hoc Peccator
quidem peccatis fœdis ac fœte
fordueris. Hoc stagnum erit o
tuum , si moriens criminum scan
forum fœtorem post te reliqueris.
erit olfactoriolum tuum , si nare
ramentis effeminate , identide
lectaveris. Hoc erit balneum
si peccandi consuetudinem contr
si non quatriduanus ut Lazarus,
lur peccator quadrimestris aut
driennis fœtorem Deo, Angelis,
minibus aspiraveris; in stercore tuo
putrueris , atque instar porci aut
bæi in scelerum tuorum cœno te
taveris: veluti ille, de quo Psalmus
*Homo cùm in honore esset , non intelle
sed comparatus est jumentis insipuum
Et similis factus est illis.Psal. 48.1*

Adhortatio.

O Delicatule ! ô floribus & od
assuete Cosmophile ! Quis tu

foret, si te in hoc stagnum ardens, pi-
& sulphure bulliens, injici conting-
et? Quid ageres? An nares obturares?
odorifera adhuberes? Ah! crede
thi; in illo sterili solo non erunt hor-
non tempe, non viridaria; ubi vio-
& rosas, naribus tuis admovendas,
perias; sed volens, nolens, graveolen-
m istam sustinere cogēris. Ne igi-
te inter hædos illos tartareos, fœ-
xternus infestet: vide, ut in hac vita
Christi bonus odor. 2. Corinth. c. 2.
erce opera charitatis, misericordiæ,
aut militatis, fortitudinis & zeli anima-
is, m; quæ Deo suaviter redolent.
enim S. Gregorius: *Est odor uva in
adicatoribus; odor olivæ in operibus mi-
cordiæ; odor rosa in Martyrio, odor
i in Virginitate, odor violæ in humi-
nitate, odor spicæ matura in operum perfe-
cipiente: quasi odor agri pleni cui benedixit
Iminus. Homil. 6. in Ezech.*

18. Julii.

Ertius denique fons stygiæ mephy-
tis est, in ipsis Dæmonibus homi-
nibusque

68 *Domus aeternitatis. Considerati*
nibusque damnatis, ut insinuat Prissidu
ta, dicens: *De cadaveribus eorum a*lasti
fætor. Isaiæ c. 34.3. Caro vermet S.
& putrida, in prunis assata, ô quale is da
In Luciferi ultrina, innumera interunc
nas volutata & assata corpora: ôis, a
lis fragrantia! Antiochus Rex inim
vindictâ divinâ castigatus, plagaq^t, in
sanabili, ac diro viscerum dolore pⁱs,
sus, scaturientibus è corpore ver
& carnibus desfluentibus, tam af^a A
nabilem emittebat fœtorem; ut r' ejus
eritus, nec ipse, eum ferre posset.^d e
Machab. c. 9.9. Si tam intolerab^{ave}
graveolentia, unius corporis, in
qualis erit inter centena, inter milli
centies millies millena, corpora pu^ptu
in gehenna?

II. Considera, si vel unum ca
sole ardente, pendens in patibulo,
rem exhalat intolerabilem. Si vel
cadaver recens sepultum, atque effo
templum totum sic inficit; ut in
rare nemo valeat: ô qualis, quantu
fœtorerit in Tartaro, ut tot mil
corporum putidorum ac verminar

ut prissiduè versantur, assantur, & velut em-
m aſlaſtra emplaſtris adhærent? Sanè ut do-
vermet S. Bonaventura, si vel unicum homi-
ualeſ daimnati corpus, è caverna stygia, in
intervunc mundum adduceretur, tam immma-
ra: ſis, ac pestilens ſpargeretur odor; ut to-
exim mundum inficeret, & quidquid vi-
agaq t, interficeret.

III. Nec tantum de corporibus ho-
vernum, ascendit fœtor; juxta illud Joe-
m af *Ascendet fœtor ejus, & ascendet putre-*
uti *ejus, quia superbè egit.* Joel. c. 2. 20.
osſet id etiam de ipsis spiritibus diabolis,
lerab aveolentia abominabilis promanat.
, in enim vel unicus ex hisce spiritibus,
mill quando, viris sanctitate conspicuis,
ra pu parens, atque ab iisdem fugatus, in
m ca tu, tam dirum, detestabilemque post
bulo, reliquit fœtorem; ut astantes propè
Si vel animarentur: quām exitialis & hor-
ue effi ndus fœtor exhalabitur, à tot Spiritu-
ut in um immundorum millibus, omnes
quantos, porcos, & scarabæos puto-
minar superantibus.

Affectus

Affectus doloris.

O quis non doleat ? quis non
flear , dignam commiseratione Fa
catorum amentiam , & nullo lacr
rum imbre sat deplorandam ? Qui
radisum cœlestem & ineffabilem
fragrantiam , cum fœtente adeo D
natorum suili , ob voluptates mom
neas , tam facile commutant ? Qui
consortium malunt , cum fœten
hircis tartareis , quam cum fragran
spiritibus Angelicis . O quanto
crymarum profluvio proterviam
ac cæcitatem damnabilem deflebu
tâ æternitate ! Quando immenso
porum fœtentium pondere oppri
re ipsâ experientur , qualis de eis a
dat fœtor in specu orcino : Ubi
mones pascuntur cadaveribus , putris
saginantur , delitiantur fœtore . S.
fost. serm. 16.



CONSIDERATIO VII.

Fames damnatæ æternitatis.

Famem patientur ut canes. Psal. 58.7.

19. Julii.

PENSANDUM est primò, quam dira ac dura sit damnatorum fames. Quod melius apprehendamus, perpendere est fames, quam patimur in hac vita. a verò quam durum sit telum, quam grave tormentum; nos delicatuli, ui totâ vitâ nostrâ, nec triduanam, nec iduanam, imò nec fortassis, unius diei integræ, esuriem experti sumus, conci- ere aut explicare nequimus. Colligi- ius tamen ejus cruciatum ex effectibus. obſidione Samariæ, ut legitur L. 4. Fames tam dira extitit, ut nundaretur caput asini, octoginta argen- is, & quarta pars cabi steroris colum- rum, quinque argenteis: imò ut mater opium filiolum, occiderit, coixerit at- ie absumperit. Dura sanè fames: sed uid hæc ad famem tartaream?

II. In obſidione Hierosolymæ fames
Pars III. D adeo

72 Domus aeternitatis. Consideratio

ad eò vehemens obsessos vexavit; ut u
res maritis, filii parentibus, matres
fantibus cibum ex ore violentè rap
rint. In una obsidione Atheniensi, C
inedia obsessi, consumptis jumentis, com
ria & lora equorum cocta devorarunt.
In alia verò, Filius cum Patre, ferroate
certavit, ob murem, qui fortè è tecto perp
ciderat exanimis; utri in cibum cedevolu
In obsidione Reginensi, consumpti exile
quis & pellibus, præ fame more perrita
dum, gramen ore depasti sunt. Cruque
omnino fames; sed umbra tantum Aug.
ediæ infernal is. nam

III. Alias alii, esurie stimulante, tæ
res, glires, feles, canes rancidos, semere
tes, cadavera, stercora & fædissima cteri
que devorarunt, quin & membra cum
pria momorderunt, & frusta absortè
serunt. O qualis miseria! Sed cogitri
ita sœvit fames in hoc mundo; quies il
ciet in inferno; ubi fames, verè du
ma necessitatum, & deformissima m
rum est? Ubi totâ aeternitate, nec S P
mica, nec aquæ gutta, solatio erit, nec
poterit: quia res & spes omnis est ad dis

Julii 19.

73

Monitum.

Considerate hæc serio, benéque per-
petua; vos epulones, lurcones,
comedones & ventres gulosi; ac vestram
rara nescite insaniam, dum tantillâ volup-
tate palati, tantam accersitis vobis famis
et perpetuae torturam. Quid sunt gulæ
et voluptates? tenues sunt, breves sunt &
impexiles, quæ palatum titillant tantum &
repetunt, perpetuò enim fluunt, fugiunt.
Cruque antequam capiantur, ut docet S.
n e Aug. ser. 2 §. de verb. Dom. ideoque ani-
nam non explent aut satiant; sed mox
te, tedium ac nauseam vertuntur: & hæc
semerebuntur tales cruciatum, faméque
na eternâ dignæ erunt? Sapite obsecro &
brace cundum Christi monitum: Attendite ne
ab surte corda vestra graventur in crapula &
cogitriete & superveniat in vos repentina
quies illa. Lucæ c. 21. 34.

20. Julii.

Spiritus Sanctus, ad famis infernalis
sævitiam declarandam, per os Da-
vidis eam caninam nuncupat, dum ait:

D 2

Fa-

74 Domus aeternitatis. Consideratio

Famem patientur ut canes. P̄sal. 58.
nis catenæ alligatus , ac longâ fan
maciatus, ubi olfactu , cibi nidorem
ratus est, mox subsilit , it , redit , cate
mordet, gemit, ululat, latrat , nec
nec plagis cohibendus : imò quand
præ famis magnitudine , occupat u
ca sordes, fimum, cadavera ; aliāq[ue] in
tida, quæ ob graveolentiam & co
tionem extra civitatem ejiciuntur. II.
nati famem patientur ut canes : qu[od]
star canum, eos ad latrandum , u
dum & plorandum compelle. itus
verò rabies canina oritur , non solim
cibi cuiusvis defectu ; sed etiam ut S[uo]
tradunt , ab humore aliquo, linguon
palatum imbuente, tam amaro ; ut in
fel & absynthium superet, idque in
insatiabilis pœnam.

II. Præter famem corporis , 29 in
& alia furies , nimirum animæ ; si
Damnatus, manibus, pedibus que, ver
canis, ligatus, convivii cœlestis epul su
doratus ; sed in æternum frustratus
spelunca illa tartarea præ dolore in
bię, fremit , ululat , plorat , blasphemie a

tque instar canis latrat & mordet ; præ
esperatione ; cùm videat, se ad epulas
las nunquam admissum iri. O fames
spiritualis ! illa corporali longè acer-
ior, quād dirè damnatos cruciabis ?

III. Vides ergo : quomodo gulosus,
Epicuri de grege porcus , quem im-
inguat Dæmon , sed ad saginam ge-
ennæ & ad famem perpetuam. De-
larat hoc elegante Apologo vulpis &
porci S. Cyrillus. L. 4. Apol. moral. c. 2.
autè inquit, porcus à suo Domino enu-
et. itus, cùm impinguatus recumberet, ad
vulpes veniens , salutavit & dixit:
uomodo est tibi , Frater ? At ille re-
pondit: nonne cernis, ut lætus, satiatus
increassatus recumbo , ac quiesco : ut
ergo tu totâ die vaga & famelica
cuis , & cum tali amico ad habitan-
s, non venis ? Quibus auditis , vul-
næ ; si sensatum deridens, subjunxit . Cer-
que, verum est , quod crassities obtundit
epussum, tollit mentem, & continuatæ de-
ratus ; subvertunt intellectum. Nimi-
lorem Herustius, ut piscator , cibi dulce-
asphe adornat hamum, & ad mortem sua-

76 *Domus aeternitatis.* Consideratu
viter trahit incautum : veluti venbam
callidus dulci fistulâ vocat ad laqueum
Replet enim ventrem tuum , ut te solam
Etuin sapidiùs comedat : dat furfurdum
pinguiorem te faciat , & carnem ne
O si intrasses domum ejus , & diligiceris
circumspexisses ; profectò ex aliis ani-
matis porcis, ibi pendentibus , quægi-
nutriverat , ab eo paratum tibi nefu-
dium cognovisses. Bonis ergo & exci-
cibus cibis , te dicit ad mortem & ecclias
delicias convertet tibi in tristitias ani-
piternas. Hæc S. Cyrillus. Tu-
se , applica tibi apogum , &
Cyrillo , adde salutare propositurum
Epimythium.

Epimythium.

ERgône brevi gulæ voluptate, on-
nam corporis , animæque frat-
coëmam ? Ergône à Mundo Cœit,
Dæmone saginam admittam , ut in or-
cello Luciferi macter & devorer

- ula
- clude cum S.Cyrillo : *Absit à me*
- amicus , qui subornat amore odium*
- eternæ mortis sub mundi deliciis , pul-*
- ha*

i verhamum. Abominor cibum ejus, & ma-
laquum blandientem repudio, ac ex nunc ejus
ut te solatum sperno. Nolo sane ut risu me con-
fundicat ad luctum, & suis falsis deliciis à
memne pellis separet vitale consortium. Ca-
diligicem Pharaonis eligo, non ferculorum
aliis anistrum: sperno paleam, non flagellum;
, quagittam Jonathæ diligo, & Joabi basium
tibi refugio. Malo famem brevein, quam
go & xcipit æternum convivium: quam bre-
m & e convivium quod occupat fames & je-
titianum perpetuum.

Tu,
&c

21. Julii.

situr PERpendendum denique Damnato-
rum famem, tam corporis, quam
nimæ esse æternam. Non est quidem
mnium Damnatorum fames in inten-
tate, one æqualis, majore enim fame cru-
que siabitur, qui decies jejunii legem viola-
uit, decies Ecclesiæ præceptum, carnes
, ut in orando transgressus est, decies in cra-
borer? uia & ebrietate deliquit, quam qui se-
vit à mel, ut rectè S. Gregorius declarat L. 9.
odium toral. c. 47. Sicut, ait, in hoc mundo
iis, multi sub uno sole consistunt, nec tamen

D 4

equa-

78 Domus eternitatis. Consideratio
æqualiter ardorem sentiunt; ita in inferno brac-
unus est quidem ignis [fætor, fames, su-
gula non tamen omnes æqualiter cruciab. quic-
quia quod hic agit diffar valetudo cor-
rum, hoc illic exhibet diffar causa mer-
rum. Erit igitur in intensione famis unq-
sparitas, in duratione tamen æqualis. Il-
quia inest æternitas.

II. Considera; si in hac vita fanibus,
paucorum dierum, ita cruciat, afflig sibi
torquer, & ad abominanda quævis, ut quic-
homines, quam jumenta adigit, atq; ciuit
compellit: quid faciet in Orco fanebus
non triduana, non decendialis, non obit
cennalis, non sæcularis; sed quæ duone
plus quam millies, millies, millies mil pedi-
nis sæculorum millionibus; & pro beta
explenda, totâ æternitate, nec unita ve-
carnis aut obsonii bolus offeratur? zianz
uè hæc longa, diuturna, ac semper alina
fames, inferni incolas eò deducet, Pret.
præ rabie, seipso mordeant, in membro quæ
propria dentibus sæviant, & voran-
sumere contendant; ut innuit Prop. Hier.
ta: Erit populus quasi esca ignis: virg. Qui
tri suo non parcer; unusquisque carnane

io
nferi brachii sui vorabit. Isaiæ. c. 9. Idque in
s, si gulæ suæ insatiabilis pœnam : cui quid-
iabi quid in silvis latitat ; quidquid in mari &
cor humine natat ; quidquid in aere volitat,
neri magno labore conquirendum fuit, nec
mis unquam fuit satiis.

III. Famis perpetuæ cruciatum, au-
get Inferis, dum recogitant, quam brevi-
fan bus, vilibus, fœdisque voluptatibus eam
afflig sibi comparârint. Intuere gulæ delicias,
is, quid vides nisi animalium, avium, pi-
aq cium, ferarum cadavera, quæ in ventri-
fanebus suis, velut sepulchris, tumulant? His
ond obiter palatum titillant, stomachum
duonerant, corpus, gravant, somnum im-
mipedunt, morbos accersunt, mentem he-
robetant: eaque statim in fordes ac sterco-
unita vertunt: nam ut ait S. Gregorius Na-
zianzenus orat. 38. Deliciae, non sunt
alind, quam pretiosum stercus. Vocat
et, Pretiosum, quia gulosi, in pretio est, b
emque magno pretio comparatum Na-
zianzenum Magistrum secutus est S.
Hieronymus epist. 13. ad Paulinum :
Qui Christum, inquit, desiderat & de illo
carne vescitur, non querit magnopere de
D s quam

80. *Dominus aeternitatis. Consideratio*
quām pretiosis cibis stercus faciat. Didic
it id uerque à S. Paulo Apostolo, qui ad
Philipp. c. 3. 8. ait: *Propter quem [Chri*
*stum] omnia detrimentum feci & arb
itor ut stercora, ut Christum lucrifaciam*
*Quæ igitur insania ob voluptates bre
ves, viles, cum brutis communes &*
*fœtorem desinentes, famem sibi accerle
re sempiternam?*

Comminatio.

O Ventris mancipia ! O deliciis &
lautitiis epularum assueti nimium
que addicti Apicci & Nepotes ! qui quo
tidie epulamini splendide , & nimium
ciborum stomacho, licet reclamanti, in
geritis ; vestra, mihi credite saturitas , ve
stra crapula in famem caninam & ra
bidam desinet ; quando implebitur i
vobis Isaiæ vaticinium : *Ecce servi mi
comedent [super mensam meam in reg
no meo , quando transiens ministrabo il
lis] & vos esuriatis. c. 65. 13.* Et i
vos quoque cadet horrendum illud va
à Christo intentatum : *Væ vobis qui sa
turati estis ; quia esuriatis. Lucæ c. 6. 21*

Væ vo

Væ vobis, qui tot pretiosas horas in con-
viviis dilapidatis ; gulæque nimium in-
dulgetis, quia esuriens. Væ vobis, qui
ventrem cibis vinisque delicatis sabur-
ratis, imò mergitis & more filiorum Job
in orbem epulamini, continua viventes
saturnalia ; quia esuriens, & quidem in
eternum : Nam per quæ quis peccat, per
lac ē punietur. Sap.c.11.17.

CONSIDERATIO VIII.

Sitis damnatae æternitatis.

Ecce servi mei bibent, & vos sitiens.

Iaiæ c.65. 13.

22. Julii.

I. Sitis æterna in flaminis gehennæ, pœ-
na est omnium ebriosorum, sive sæ-
culares sive Ecclesiastici, sive religiosi fue-
rint. Omnibus enim à Christo dictum est:
Attendite, ne forte graventur corda ve-
stra in crapula & ebrietate. Lucæ c. 21.

34. Omnibus ab Apostolo intentata
communatio : Neque ebriosi regnum Dei
possidebunt. 1.Corinth. c.6. 19. Omni-
bus facta dehortatio : Nolite inebriari

D 6

vino

32 *Dormus aeternitatis. Consideratio
vino, in quo est luxuria.* Ephes. c.5.
Sed auspicemur à saecularibus, in
quos nonnulli reperiuntur, qui quae-
belluæ insatiabiles semper sitiunt, semper
potare gestiunt, semper consortia que-
runt, symposia instituunt, dies nocte
pergræcando conjungunt; sanitatem
dunt, opes dilapidant, rationem sepe
liunt, dum in strepitu perperuò degun-
dicentes: *Venite sumamus vinum & in
pleamur ebrietate, & erit sicut hodie,
& cras, & multò amplius.* Isaiae c.56.
An tales cælo digni? digni ut cum de-
electis refocillentur? Minime sanè: Eu-
servi mei bibent & vos sitietis. l.c.

II. Ejusmodi potatores non Christi
ni, sed pagani; non homines, sed bestiæ
sunt. Fingit Ovidius L. I 4. metano-
sociis Ulyssis à Circe oblatum potu-
quo in suæ transformati sunt. Fabula ha-
veritas est in ebriis: nam *Vinum & po-*
brietas auferunt cor. Oseeæ. c.4. i 1. abse-
ferunt cor humanum & substituunt bœuficiale.
Nimio enim vino sumpto
sues degenerant: quia ut suæ volutantur mora-
in cœno luxuria & impudentia: ut suæ
gratia

grunniunt & clamitant : ut sues graviter
 , in olen ac fætent famamque amittunt : ut
 ii qu sues silvestres alios impetunt ; ac deni-
 seim que ut sues pingues macello Diaboli
 a qu destinantur : & in inferno sibi perpetuâ
 Etelo cruciantur.

III. Fædior ergo est ebrius porco, fæ-
 dior asino, fædior cane, ut ait S. Chryso-
 stomus homil. 58. in Matth. Quanto ait,
 melior asinus ebrioso est ? Quanto canis,
 [& sus] præstantior ? Omnes certè bestiæ
 cum bibunt & comedunt, ultrà quam sa-
 tis est non sumunt, etiam si mille homines
 cogerent. Quidni igitur ejusmodi Chri-
 stiani vel eo nomine indigni bestiis,
 quam hominibus similiores, in Orco
 tractentur ut bestiæ ut hostes ut inimici:
 & siti perpetuâ, ob vitæ bestialis exces-
 sus plectantur ? Amici mei bibent : &
 vos sitietis. Præclarè S. Ambrosius, L. de
 pœnit. Ebriosus cum absorbet vinum ;
 absorbetur à vino, abominatur à Deo, de-
 spicitur ab Angelis, deridetur ab homini-
 bus, destituitur à virtutibus, confunditur a Da-
 monibus, conculcatur à bestiis.

Ironia.

ITe ergo nunc, ite ebrietatis festatores ad bibendum vinum potenter porcis, canibus, & asinis pejores; ac dicite: Hauriamus vinum in abundanti impleamur ebrietate sicut heri & hodie ac deinceps: veniet tempus, quando in mediis Orci flammis sepulti, cum Epu lone illo dñe, non vini dolum, non aquæ vas integrum, sed guttam post labitis, atque in æternum non obtinebitis: quia excessibus vestris odium, iramque divinam incurristis: hinc amici mei sobrii & temperantes, bibent & vos remulenti, sitietis. & audietis aliquando cum tremore discussâ crapulâ: Experi scimini ebrii & flete, & ululate omnes qui bibitis vinum in dulcedine, quoniam periret ab ore vestro. Joel. c. l. 5.

23. Julii.

I. **D**Einde sitis æterna in Orci incendiis, ceu justa pœna ebrietatis manet Ecclesiasticos & Clericos ebrios: Ebrietas, ait S. Petrus Chrysologus,

in alio crimen est; in Sacerdote sacrilegium.
Verum quis tantum scelus commissum
iri credit à Sacerdote? à Pastore? ab
Ecclesiastico? Quid enim est Pastor, quid
Sacerdos Altissimi, nisi forma gregis,
lucerna supra candelabrum, lux paro-
chiae, sal terræ; qui ex officio tenetur &
verbo & exemplo sibi commissos, ab
omni ebrietate, ceterisque vitiis retrahere.
Unde meritò S. Paulus Episco-
pum [in quo Sacerdos & Pastor inclu-
ditur] jubet esse, non vinolentum: & Dia-
conos [in quibus comprehenduntur in-
feriores Clerici] non multo vino deditos.

I. Tim. c. 3. Et si perpendatur, hinc
sacerdotii dignitas, sanctitas, potestas &
eminentia; inde vero ebrietatis vilitas,
fœditas & malitia; jure ebrius sacerdos
turpe monstrum, & fœdum spectacu-
lum coram Deo, Angelis & hominibus
censeatur.

II. Et tamen si consideremus, in quot
occasionebus & periculis hac in re, la-
bendi & excedendi assidue versentur
Canonici, Pastores, aliquique sacerdotes in
hilce præsertim Germaniæ partibus;
nemo

86 *Domus aeternitatis. Consideratio*
nemo jure mirabitur complures labi tis.
nósque illis hujus vitii turpitudinem ob sim
oculos ponere. Has verò occasions the
quis ignorat? Quando vix electiones &
consecrationes Præsulum; vix primitia ide
Sacerdotum; professiones personarum à D
religiosarum; patrocinia templorum ris
dedicationes Ecclesiarum; collatione bo
beneficiorum; solennitates contra plu
etuum; matrimoniorum, baptismorum, C
imò & funerum absque conviviis, sym
posiaque celebrantur: quæ non raro ad
plures horas protrahuntur: convivæ ad
sanitates quam plurimas ehibendas, in
vitantur, aut suaviter coguntur; atque ita
facile in ebrietatem ejusve confinia pro
labuntur. Sic manè cum Deo inchon rat
mus, vespericūm Baccho & Diabolo clau
dimus; manè calicem salutaris accipimus
& nomen Domini invocamus; à meridi
calicem ebrietatis exhaurimus & nome
Domini blasphemamus. Ut olim scrib
bebat ad quendam Parochum mihi no
tum D. Nicolaus Stenonius Suffraga ut
neus Monasteriensis & Paderbornensis, Ha
vir magnæ mortificationis & saræ virtu
tis

tis. Anno 1686. 25. Nov. Suerini piis-
mō finē & cum magna astantium etiā Lu-
sione theranorum ædificatione, vitâ functus.

III. Quid quæso prodest, (scribit
idem Dominus) matutinis horis novas
à Deo gratias accipere, si vespertinis ho-
ris eisdem conculcamus? Potuitne Dia-
bolus ullum excogitasse artificium, quo
plures perderet animas, & magis de
Christo triumpharet, quam talia amici-
tiae signa, quæ æternæ inimicitiae sunt se-
mina? Fletu potius quam risu, excipien-
dæ sunt ineptæ illorum argutiæ; qui pu-
tant hæc omnia sine peccato mortali fie-
ri, & ad ebrietatem, ut mortalis evadat,
requirunt sublatum omne exercitium
rationis. In schola divini amoris, talia
locum non inveniunt; & quis rationis
usus, cum anima à Spiritu Dei derelicta,
à malo Spiritu regitur? Qui filii Dei sunt,
spiritu Dei reguntur: at verò ubi excessus
cibi potiusque est, regimen divini spiri-
ti non cessat, & anima non amplius apta est,
ut audiat quid loquatur in ipsa Deus.
Hæc ille.

Par-

Parænæsis.

O Domini Ecclesiastici ! O Cleri
Venerabiles ! O Prælati, Canonic
Parochi, Vicarii, Sacellani ! Si populis
mina obfuscetur crapulâ ; si salplex
infatuetur ebrietate ; à quonam plebs
putredine crapulæ & vitiorum conser-
vabitur ? Cogitate obsecro : Quæ con-
ventio Christi & Bacchi ? Calicis salut-
ris & poculi ebrietatis ? *Genus electum*
regale sacerdotium ; & vile ventris ma-
cipium ? *Gens sancta* ; & peccatorum
sentina : *populus acquisitionis.* I. Petri. c.
& cloaca fœditatis ; quænam conventio
Crebrò perpendite illud ejusdem Apo-
stoli sanctissimum monitum : I. c. c.
quod quotidie in Completorio horarum
legitis : *Fratres sobrii estote & vigila-*
quia adversarius vester Diabolus, ta
quam leo rugiens , circuit , querens qui
devoret & æternâ fame torqueat , cuique
in inferno propinet , non dulce vinum
sed venenum aspidum , juxta illud De
c. 32.33. *Fel Draconum vinum eorum , tel-*
venenum aspidum insanabile.

Julii 24.

§,

24. Julii.

I. PERpendant denique etiam Religiosi sitim æternam, pœnam esse Religiosorum ebriosorum. Sed hem, quid dico? *Religiosus & ebriosus*. Daturne uspiam in mundo tale monstrum? *Religiosus* Deo ex asse consecratus, & simul Baccho devotus? *Religiosus* in mundo mortuus & carni vivus? *Religiosus* Ecclesiastes, ebrietatis in aliis osor & oppugnator; at in se ejusdem amator ac fautor. *Religiosus* conscientiæ arbiter, alios à crapula mundans, & sese eâdem deturpans? *Religiosus* sobrietatis exemplum, honestatis speculum, castitatis, omnisque virtutis viva imago, & simul *ebriosus*; id est fœdum sterquilinium, chaos tenebrarum, author scandalorum, lusus Dæmonum, petulantia & scurrilitatis probrum, decus Ordinis, abdominis sui mancivium? O quale spectaculum! O quam abominabile monstrum! Darine id pomum, test in orbe terrarum?

II. Uti-

II. Utinam, utinam nemo unus ejusmodi reperiretur ! Sed quando à Religioso negliguntur spiritualia, paulatim quæruntur sensualia, amantur sacerdotalium consortia; acceduntur lauta prædia, ambiuntur invitationes ad convivia, evacuantur strenue pocula, inter sanitatum variarum nomina; protrahuntur in multas horas symposia; & inter hæc quis non videt ebrietatis & ebriositati pericula ? Cave, cave Religiose, ne ame pericula & in iis pereas; atque ex Ange lo in Cacodæmonem transmuteris : ebriosus enim, ut ait S. Chrysostomus hom. 5. ad pop. *Dæmon est voluntarium mortuum animatum, commune generis nostrum opprobrium.*

III. Quodsi inter centenos, aut mille nos religiosos, fortassis duo trésve reperiantur eâ labé infecti [nos nullum novimus] ii retrahantur metu offendæ Dei metu scandali, metu vilitatis & abjectionis propriæ, próque frœno utantur, metu gehennæ, sitisque perpetuæ. Servi mei bibent, & vos sitietis. l.c. Servi mei fideles, mortificationis, sobrietatis ac

renu-

temperantiæ amantes bibent de nectare & ambrosia visionis beatificæ; vos verò, non re sed nomine *servi mei*, revera, autem servi Bacchi & abdominalis vestri, sitietis. *Servi mei*, amici mei, bibent & inebriabuntur ab ubertate Domûs Dei: vos verò hostes mei, sitietis, nec aquæ stillam obtinebitis. *Servi mei*, bibent de torrente voluptatis divinæ, ac de fonte vitæ perennis, qui cœlestem paradisum irrigat: vos verò sitietis in æternum nec bibetis, nisi calicem picis & sulphuris. Ah! quid est sitis æterna? Sicit Instructor in Oceano navigans, aquâ dulci absumptâ, sed ad tempus, donec ad insulam aut portum appellat. Sicit miles emanentibus curribus vel navibus annonariis; sed ad tempus. *Vos sitietis* in æternum. Effluant tot sœcula, quot guttas numerant omnes fluvii & maria; & *vos sitietis*, nec aquæ stillam impenetrabilis.

Parænæsis.

QUare attendite, attendite Religiosi, ne sœcularibus scandalum unquam

92 Domus eternitatis. Consideratio
quam excessu in potu præbeatis ;
& vos & ordinem Contemptibiles re-
datis ; sæculares vos præsentes lactan-
absentes vituperant , si excessus Cali-
tis. Attendite , ne vos , qui alios , po-
randi excessus , & abusus verbo & exen-
plo dedocere debetis ; ab his ad eo-
dem per trahamini incauti. Attenda I. P.
ne forte graventur corda vestra in cri-
pula & ebrietate quâ vinum perditu dere
paupertas sancta læditur , pecunia in tripli-
tiliter decoquitur , potus vobis supe distri-
fluus egenis , ægrisque necessarius , hilo ,
subtrahitur : sanitas destruitur ; mo in m
acceleratur ; proximus læditur , De plen
offenditur , sitis æterna comparatur. est c
quot , eheu ! mortalibus ; dum adhuc Orc
num est in labiis , dum necdum discur-
sa est crapula ; temulentus interclomne
ditur spiritus , & subito sese reperiujus,
inter ignes tartareos : Ubi famem patiu-
tur ut canes , & bibent de vino iræ Daur
Apoc. c. 14. 18.

C O Mixt

CONSIDERATIO IX.

Calix damnatæ æternitatis.

Calix in manu Dei, vini meri, plenus misericordie.
Psal. 74. 9.

25. Julii.

I. PROvidentia, uti & misericordia ac justitia divina, omnia in pondere, numero & mensura disponens; triplacem in loco triplici propinat & super distribuit ebibendum calicem. In ca-
sus, hilo, præbet calicem plenum vino mero:
mo in mundo, plenum misto: in inferno,
De plenum veneno mortifero. Atque hic
est calix æternitatis damnatæ; qui in
Orco à reprobis semper bibitur, nun-
quam ebitur. Hunc calicem Bibent
omnes peccatores terræ: veruntamen fæx
ejus, non est exinanita. Psal. 74. 9. Neque
in æternum exinanietur, aut unquam ex-
aurietur.

II. Sed ordiamur à mundo, in quo
nobis offertur calix plenus misto. Hic
enim sunt bona mixta malis, sunt mala
mixta bonis. Nihil reperitur merum,
nisi

94 *Domus aeternitatis. Consideratio*
nihil sincerum, nihil purum aut defac-
tum mixta enim est lux cum tenebris,
ticum cum paleis , siligo cum zizani
sanitas cum morbis , aurum cum scon-
margarita cum concha, ignis cum fum-
aëris serenitas cum nubilo & Sem-
odoriferis proxima spina rosis. - Mi-
quoque hîc sunt , scientia cum ignora-
tia , sapientia cum stultitia , prosperit-
cum invidia, opulentia cum inopia , hu-
nor cum ignominia , gaudium cum tu-
stitia, sanctitas cum peccati macula :
que ita *Nihil est ex omni parte beatum*
nihil merum.

III. Percurre omnia & singula , q
vel mundus deficiens , vel caro inficien-
vel Dæmon decipiens offert velut in
lice babylonico ; & nihil merum , ni
purum ; sed omnia permixta reperi.
Inspice voluptates, divitias, honores,
statim patebit, quale sit gaudium , quo
illa propinat : quando enim unqu
contingit , ut illud non plurimum
marescat , vel à curis inquietis , vel
infirmitatibus , vel à terroribus , vel à
tibus , vel à livore , tædio , fastidio ,
tatio

tatione, furore? Sed ut omnia illa decessent, an non sufficeret, ad turbandum risum impiorum, fel illud amarum quod conscientia mala, mortu suu, quam primum cordi infigit? *Risus dolore misceretur, & extrema gaudii luctus occupat.*
 Proverb. c. 14. 13. Et hæc est mixtura mundi: at in inferno nulla est mixtura, nihil malis admixtum est boni: nihil in luctu risus, nihil in dolore solatii; sed omnia sunt mera mala, acerba, tristia, & amara.

Petitio.!

O Verè calix plenus misto! Quem omnes cogimur bibere in hoc mundo: ubi nemo suâ sorte contentus, nemo sine defectibus, nemo sine crucibus: ubi formosa Rachel, sed sterilis: fecunda Lia, sed lippa: Naaman locuples, sed leprosus; Samson fortis, sed à Dalia dementatus: Salomon Sapiens, sed deceptus ab alienigenis mulieribus: atque ita de aliis. Domine JESU, per illum, quem pro nobis bibisti passionis calicem, myrrâ, felle, aceto, omnique dolorum

Pars III.

E

ac

96 *Domus aeternitatis. Consideratio
ac tormentorum genere mistum; te ro-
suppliciter, gratiâ tuâ me adjuva; ut
licem mistum, quem mihi in hac
propinas, maximâ resignatione, pati-
tiâ & alacritate ebibam, quò tecum
quando vinum merum, imò meraci-
mum bibam in cælo, ubi Beati ineb-
buntur ab ubertate Domûs tuæ, &
gaudio, In aeternum exultabunt &
buntur in te. Psal. 5. 12.*

26. Julii.

I. **L**ongè alia ratio est in cælesti no-
no, & in Beatorum convivio,
manu liberalissimâ Numinis, offe-
Beatis *calix vini meri*. Quemadmodum
enim in mundo datur merum mistu-
ta in cælo propinatur merum merum
merum purum, merum bonum, quo
omne bonum. *Ego ostendam tibi
bonum. Exodi c. 33. 19.* Est pro-
ibi omnis boni præsentia, omnis
absentia, sine uilla [mixtura], &
triusque duratio sempiterna. O
merum!

II. *Nihil est in cælo, quod nolis-*

rum est ibi, & omne, quod velis, & qui-
dem merum, non mistum. Ibi enim
est sanitas sine defectu; securitas sine me-
tu; jubilus sine luctu; plausus sine plan-
ctu. Ibi est serenitas sine nube; digni-
tas sine timore; festivitas sine mærore;
scientia sine opinione; abundantia sine
egestate. Ibi est pax sine dissidio; pul-
chritudo sine vicio; honor sine oppro-
brio, voluptas sine tædio, virtus sine ad-
versario; sanctitas sine nævo; felicitas
sine infortunio, ac denique beatitudo si-
ne termino. At omnia his contraria
propinantur in inferno. Quanta calicum
disparitas!

III. Ad hoc vinum merum, quod si-
ne fine in convivio cælesti babitur, sem-
per Christiano respiciendum est; dum
in hac mortali vita, non nihil fellis &
aceti propinatur: hâc enim ratione,
omne amarum velut saccharo, aut ma-
nuâ cælico respersum, dulcorabitur. Si
enim Gubernator navis, non tempesta-
tem & fluctus; sed commodum; miles
non cædem, sed triumphum; agricola
non labores, sed messem, ambitiosus non

98 *Domus aeternitatis. Consideratio*
dificultatem & sumptum , sed dignisum
tem : infirmus non pharmaci amarore adju-
sed sanitatem considerat: quidni & C accip-
didatus vini meri beatitudinis , ac bonorum
rum sitiens cælestium : horum consi-
eratione , & consequendi desiderio ,
nia amara & adversa libens exhaui-
omnes difficultates & crues sperne-
Quod si mens vestra appetit quod demum
cet , prius bibite quod dolet : sic per an-
rum poculum confessionis , pervenietis ad
culū salutis. S. Gregor. hom. 27. in Eva-
mī

Suspiria.

O Calix vini meri Beatorum! Queris
do te gustare licebit ? Quando ubli-
creabor à te ? Quando satiabor à te , int,
licita omni mista mundi dulcedine: F
Quemadmodum desiderat cervus ad
Nam
tes aquarum ; ita desiderat anima mea tu
te Deus. Psal. 40. Sitivit anima mea
Deum fontem vivum ; quando veniam nari
apparebo ante faciem Dei ? I. e. Veralix
prius bibendus est calix passionis , & pmi
stea calix jucunditatis & exultationis
Potestis bibere calicem quem ego biberim co

dignissim? Marci c. 10. 38. Possumus , te
aroradjuvante , ideoque *Calicem salutaris*
& *Accipiam & nomen Domini invocabo.*
c boni Psal. 115. 13.

consid
io, o

27. Julii.

Considerandus demum est calix
damnatorum. In mundo est ma-
lum & bonum ; in cælo solum bonum;
in inferno reperitur solum malum : ma-
tis autem ea , quæ Deus hic & in futuro
Evamittit ; potionis & calicis nomine sig-
nificantur : sicut autem in potu , quod
trassum & fæculentum est , in fundo cra-
! Queris residet ; tenue verò & subtile , in
ndoiblime fertur : sic mala in hoc sæculo
te , sunt quid subtile ; fæx ehibenda in futu-
cedimo : *Fæx ejus non est exinanita.* Psal. 74. 9.
ad Nam in inferno à justitia divina propi-
medatur calix non mixtus , nec merus ; sed
calix Vini furoris Dei. Calix fellis & a-
nimam haritudinis ; calix tristitiae & mœroris ;
Væ calix plenus veneno mortifero ; plenus
& omni malo , absque omni bono. *Ignis &*
tationis phur & spiritus procellarum , pars cali-
bitus eorum. Psal. 10. 7.

II. O quis mortalium capiat , quis ferat
hic calix damnationis sit amarus & meen-
tuendus ? Quis comprehendat omni p-
mala, quæ continet ? O quæ fax, quæ
amurca, quæ malorum extremorum illigata
in eō latet ! Omne malum , nullum b&fe-
num. Quid enim ibi potest esse bonum
ubi est nox sine die, caligo sine luce, ignis
sine refrigerio, fames sine cibo, siti siccitatis
potu : tortura sine lenimine ; dolor
ne intermissione ; odium sine reconcili-
atione ; fletus sine cessatione , cal-
mitas sine consolatione ; infelicitas
ne ope, mors sine morte , desperatio
sine spe, damnatio, lamentatio, maleficia
Etio sine fine ;

III. O potator ! ô aliorum inebricon-
tor ! ô voluptatum amator ! Considera
seriò hujus calicis tartarei faciem : coqua-
sidera tormenta infernalia : quæ in hac
æo craterे , damnatis omnibus profun-
nantur : citò quidem ista dicuntur ; pauci
civis verbis pronuntiantur, lineis non minci-
tis scribuntur ; sed nullis saeculorū ita
myriadibus terminantur. Cogita, quæ
sit potari felle stygio ac toxico Mornu-

fer

, quafero, uno annorum millione , sive decies
& mecentenis annorum millibus. Cogita quid
omnis potari ardenti pice & sulphure , de-
cē, quies centenis annorum millionibus. Co-
um il gitā, quid sit bibere venenum aspidum
um & fel draconum , millies millenis anno-
tē borum millionibus : & hinc infer , quid sit
ce, i g bibere calicem iræ Dei & furoris ejus sæ-
fitis sicutis infinitis.

Affectus timoris.

O Domine, ne in furore tuo argu me,
neque in iratua corripias me. Psal.
Obsecro , ne memineris iniquitatum
malefactorum antiquarum : citò anticipent nos
misericordia tuae. Psal. 78. Et vinum
inebri compunctionis , calicem contritionis
confidantimæ nobis concede : ne cogamur ali-
quando pestiferum damnationis æter-
nae calicem bibere : quem bibere cogun-
t profut omnes , qui bibunt quasi aquam ini-
r ; piquitatem : qui ducunt in bonis dies suos,
in min cracula & ebrietate ; in luxuria & va-
ulorunitate. Quem omnes exhaustire debent,
qui præmia cæli contemnunt ; gaudia
Mortuundi diligunt ; supplicia inferni non
f

102 *Domus æternitatis. Consideratio
metuunt: & usque ad mortem viam in
quitatis terunt: Quæ via, teste S. Boni
ventura: Est ingredientibus mel sophistis ser-
cum: progradientibus fel & acetum: egris su-
dientibus execrabile venenum aspidum.*
Dom. 3. post Pascha. serm. 4.

CONSIDERATIO X.

Ignis damnatæ æternitatis.

Paleas comburet igni inextinguibili.
Matth. c. 13.

28. Julii.

I. *T*riticum selectum sunt Beati, q
in horreum cælestè invehuntur
paleæ verò sunt Damnati, qui igni in
fernali addicuntur. De quo S. Augu-
stinus L. 21. de civ. c. 10. ait: qm
etiam quamvis miris, tamen veris mo-
etiam spiritus incorporeos possit affliger
In hoc autem igne, quatuor veniunt co-
sideranda, quæ sunt tremenda. I. Inten-
II. Extensio. III. Continuatio. IV. Elevatio
Consideremus primo Intensionem. Erat
enim ignis ille tartareus, in urendo ful-
vacissimus, acerrimus & intensissimus.

Cujus figuram exhibet fornax bablyn-
nica, quam Nabuchodonosor Rex, juf-
serat, ut succenderetur septuplum, quām
succendi consueverat: eratque succensa
spidum nimis, & flamma effundebatur super for-
nacem cubitis quadraginta novem. Dan.
e. 3. Quamvis autem tres pueros, ope
Angeli prodigiosè servarit illæcos; viros
tamen illos, qui tres illos miserunt in for-
nacem combussit & illico interfecit
flamma ignis. Intensa sanè urendi vis hæc
fuit; sed quid ea est, si cum igne fornacis
stygiæ comparetur, nisi umbra ignis?

II. Percurre mente tuâ varias mun-
di plagas, ignesque à te in iis conspectos
recole. Vidisti haud dubie, fornaces
vitriarias, lateritias, pistorias, ardentes,
candentes, fumantes, flammantes: Sed
quid obsecro omnes hæ fornaces sunt,
intuitu maximi illius furni tartarei? Nil
nisi umbra. Vidisti forsan in herciniis,
alijsve montibus metalliferis, ingentes
fornaces, ustorias, liquefactorias, sepa-
ratorias, earumque ignem terribilem,
fumum sulphureum, candentem sco-
lissimam, & metalla liquefacta, instar fluvii
E s ignei,

104 *Domus eternitatis. Consideratio
ignei, bullientia: Verum quid hæc om-
nia, si cum igne & clibano infernali con-
ferantur? Nil nisi umbra.*

III. Legisti Phalaridem tyrannum
Agrigentinum, à populo, unà cum libe-
ris & conjugè crematum; & in eodem tu-
tauro æneo, quo reos puniebat, lege ta-
lionis suffocatum. Ovid.in Ibin. Peril fer-
lum quoque bovis hujus artificem, in eo du-
dem crudelissimè exustum. Plut. Oro. ho-
& alii. Audivisti Ætnam, Vesuvium, He-
clani, aliosque montes ignivomos, flam-
mas, fumos, tophos, cineres, saxa, fluvios
que igneos, evomentes, de quorum uno
Virgilius cecinit. L. 1. Georgicorum.

*Vidimus undantem, ruptis fornacibus
Ætnam,*

*Flammariūmque globos, liquefactaque
volvere saxa.*

Ar quid ista omnia, comparatione igni
avernalis? Sanè nihil nisi umbra. In mu-
hoc mundo inter homines majus, atro ver-
ciusque tormentum, igne, reperiri ne in-
quit. Unde vere scribit Curtius L. 6. Ig-
nis tormentorum ultimum, & maximum. Au-
Quale igitur tormentū ignis, qui flagra-
in Orco?

Adhortatio.

O Peccator ! qui tam facilè ac tam
 sæpe peccato lethali te obstringis ;
 an ignem Inferni atrocissimum non me-
 odem tuis ? Vel scintillam ignis nostri , in ma-
 ge tamen fortè incidentem, ejusque dolorem
 Peril ferre non vales , quin exclames : ad nu-
 in eo dum aspectum fornacis ardantis , per-
 Oro horrescis , & quomodo jacere aeternum
 poteris in igne tam atroci ac violento ?
 Ah ! cessa, cessa, Dei vindictam provoca-
 re ; tibiique rogum infernalem succende-
 re : & pœnitentiam age , memor ignis
 tartarei , longè intensissimi , de quo Ec-
 clesiasticus , c.7. *Vindicta carnis impii,*
ignis & vermis. Ignis qui non extingui-
 tur , vermis qui non moritur , nec inter-
 ficitur . Hæc frater charissime meditemur ,
ignis hac in animo firmiter teneamus & cavea-
mus nos ab omni peccato & iniquitate , in
atrorum verbo , in facto , in cogitatione , in manibus ,
corde in pedibus , in visu & auditu , custodia-
6. Ig. misque corpus nostrum & animam . S.
num Aug. L. de sal. doc.

29. Julii.

I. **C**onsidera deinde ignis stygiⁱ, ^{ex hoc}
 tensionem ac vastitatem, latè ex se-
 tensus ignis fuit, de cælo à Deo missus
 qui Sodomitam, Gomorrah, Adamar
 & Seboim, peccato detestabili fœtente
 subvertit & omnem circumfittam vici
 niam flammis ultricibus combussit. Gen
 34. Vastum fuit incendium, quod do-
 centos quinquaginta viros absump-
 Num. c. 16. 35. qui offerebant incen-
 sum; & rursum longè vastius, quod q^{uod} tot
 tuordecim millia hominum & septu-
 gentos percussit qui contra Moysen in
 surrexerant. l.c. Verùm quid hæc, ad in-
 cendium inferni; quod totum Damnati-
 torum carcerem vastissimum ubique re-
 plet; ita ut nec angulus reperiatur, que
 non pervadat; totque hominum millio-
 nes complectitur?

II. Carcerem hunc ejusque ignem si pri
 describit Hugo L. 4. de anima. Infernus in
 lacus est sine mensura, profundus sine fune-
 do, plenus ardore incomparabili, plenus
 fœtore ineffabili, plenus dolore intoleran-

bili, plenus igne inextinguibili. In hoc
lacu amplissimo, undique succenso, in
hoc incendio sulphureo, longè latèque
se explicante, aspice Epulonem, Ju-
dam, Neronem, Diocletianum, innume-
rable manum reproborum millions,
ardentes, dentibus stridentes, toto cor-
pore trementes, atque instar ferri igniti,
candentes. Lustra singula eorum mem-
bra: scintillantes oculos, ardentes ma-
nus, candentes pedes, dentes, linguas ve-
nas: carentia viscera, corda, labia, ossa,
totumque corpus igneum. O quis hæc
videns non horreat? O quis mortalium
hæc sustineat? Et tamen sustinebis tu,
ac sustinebit, quisquis ob scelera sua hac
amandatus fuerit.

III. Ulterius lustra hoc antrum in-
gens, & intuere in eo mare igneum, per
totum diffusum, suminè servens ac bul-
liens, instar vitri liquefacti, aut ferri, cu-
m si p̄t̄e fluidi, in fornace ardente. Aspice
in hoc mari, immersos tot millions
superborum, avarorum, libidinosorum,
Sacrilegorum, Apostatarum; attende ad
corum gestus, motus, clamores, quæ

108 *Domus aeternitatis. Consideratio*
patheticè describit Sanctus quidem Ab-
bas in vitis Patrum L. 7. c. 44. Ego, in-
quit, ob peccata mea inferno adjudicav-
me ipsum. Dicoque: esto cum his, quibus
dignus es, istis brevi annumeraberis.
Video igitur ibi, gemitus & lacrymas
indesinentes: video dentibus stridentes,
toto corpore salientes, atque omnibus
artibus trementes: video mare ignis
bullientis immensum, ejusque fluctus ita
ascendentes; ut sidera tacturos putemus.
In hoc mari tremendo, video homines in-
numerabiles; Omnes unâ voce ululan-
tes, atque ita horrendè clamantes; ut ni-
hil simile uspiam in hoc mundo, sit au-
ditum; misericordiâ autem Dei se ab illis
avertente. Hæc vir ille sanctus: & quid
tu ad hæc?

Monitum.

O Peccator cæce, miser & miserabi-
lis! Peccasti lethaliter: & scis, pec-
cata tua postremum admissa, nondum
esse expiata: an non igitur certus es,
quod, si hoc momento mortem oppete-
res, confessim, in hoc mare igneum rue-
res?

res? Et quomodo librum hunc è manibus antè ponere audebis, quàm ex intimo corde scelerum tuorum te pœniteat? Quomodo, in statu, suppliciis inferni sempiternis obnoxio, vel uno momento hærere audes? Quomodo adhuc jocari, ludere, ridere; quomodo securè somnum capere vales? O qualis hæc est phrenesis? Potes hoc sub casu ducere somnos?

30. Iulii.

I. Perpensâ intensione & extensione, perpendamus ignis illius continuationem. Quæ autem est ejus continua-
tio, ac duratio, nisi æternitas: de qua
Isaias c. 34. 9. Convertentur torrentes ejus
(inferni) in picem, & humus ejus in sul-
phur, & erit terra ejus in picem ardenter.
Nocte & die non extinguetur, in sempiter-
num ascendet fumus ejus, à generatione in
generationem, desolabitur in sæcula sœcu-
lorum. O longa continuatio! Erit enim
ignis ille teste Redemptore nostro, inex-
tinguibilis: ut ait Matth. c. 13. Paleas
pete. [Id est reprobos] comburet igni inextin-
guibili. Et alibi, inquit: Ubi ignis non ex-
tingui-

110 *Domus aeternitatis. Consideratio
tinguitur.* Fluant tot annorum millia sed
quot lucent in cælo sidera ; quot viret sug
in campis gramina , quot vernantur a
bonibus flores & folia : & *ignis* illæ illi
extinguitur. Præclarè S. Gregorius L. 2. anti
moral. idem confirmat. Dum ait : *Cib
hennæ ignis cùm sit corporeus , ut in semper pie
sos reprobos corporaliter exurat ; nec si qua
dio humano succenditur ; nec lignis ne flan
tritur ; sed creatus semel , durat inextinctus
gubilis , & successione non indiget , & ardor fer
re non caret.*

II. Continuationem durationem quæ ter
æternam hujus ignis , Moyses jamjam per
moriturus in cantico suo cygnæo , surib
nervosè inculcat. Deut. c. 32. 22. dicens danc
*Ignis succensus est in furore meo , & ardor etiæ
bit usque ad inferni novissima ; devorabit ma
que terram cum germine suo , & montium ab
fundamenta comburet.* ait 1. *Ignis suæ
census est , jam ab origine mundi , in pœnū
nam reproborum.* 2. *Succensus est ignis
in furore meo :* author enim illius est fuc
tor Domini , id est voluntas , firmumq[ue]tar
propositum Dei , impios , reprobos q[uod]
puniendi ; nec vulgari tantum modo

160

milli sed modo terribili, & inaudito, qualem
t vire suggerere solet furor.

III. Sed quamdiu, ô Moyses ! ignis
ille illius incendium continuabitur ? quot
annis, sæculisve ignis ille ardebit ? Arde-
bit usque ad inferni novissima. l. c. Inci-
se piet enim , ante extremum judicium :
quando , ignis ante illum præcedet & in-
flammabit in circuitu inimicos ejus. Non
solum hîc in terra ; sed etiam in ima in-
fernî voragine ; ubi eos uret & cruciabit
in omnem æternitatem. Devorabitque
terram cum germine suo ; id est terræ su-
am perficiem cum urbibus, domibus, arbo-
, sibus, frugibus, herbis. Et montium fun-
licens damenta comburat. l. c. Ignis enim ille
etiam metallâ, aurum, argentum, gem-
mas, opes, in visceribus terræ recondita,
absumet, quando, Montes sicut cera fluent
facie Domini. Psal. 96. Itaque in die
in pœnæ judicii, maximè vim suam exferet , iste
ignis & furorem ardoris sui in perpe-
nit fumum continuabit. O quis poterit habi-
tare cum igne hoc devorante , & cum ar-
doribus ejus sempiternis ?

Mani-

Monitum.

O Peccator! hunc ignem orcinum, sine fine ardenter, terræ superficiem consumentem, montes comburentem, omnia ædificia, & urbes destruentem, ac deinde damnatos æternum tormentum cogita; dum stas in procinctu ad peccandum. O quæ te dementia cepit? Ignem horarium times, æternum non times: Si mox à patrato lethali criminis, vivus esse projiciendus à Carnifice in ignem & comburendus; in æternum non peccares; & tamen, ignem quem peccando mereris, sempiternum non reformidas. Imò pro eo, quod toto corpore tibi trepidandum foret circa hunc ignem ludis & jocaris, non a liter, ac si esset oculis oblectandis succensus: quod attonitus obstupescit S. Chrysostomus, dicens: *Licet ignis illa astuet, & fluvius flammam accendatur; n* tamen *videmus & ridemus, & delicia amplectimur.* Homil. 55. ad pop. Quan*nam in mundo, major esse potest a* mentia?

31.7

31. Julii.

I. **D**enique considereimus ignis avernalis elevationem. Est enim hic ignis instrumentum justitiae & vindictæ divinæ, quæ illum supra omnem viam naturalem elevat, & ad effectus omnino stupendos attollit: unde à ratione & natura ignis nostri plurimùm discrepat: noster enim ignis pabulo semper indiget, eoque deficiente tandem consumitur: deinde id quod corripit & adurit; etiam consumit; ideoque quò vehementior, eò brevior est. At Damnatorum ignis pabulo nullo aut lignorum, aut carbonum indiget; urit quoque, non consumbit, non consumit: *Sævit & parcit, cruciat & reservat, nec totum est quod punit, cui sævum est, quod ignoscit.* S. Aug. serm. 127. de temp. Hinc à Salvatore nostro, fali comparatur, quod carnes conservat: *Omnes autem igne salientur.* Marci c. 9. 48.

II. Causa elevans hunc ignem, Deus ipse est; à quo succeditur, & secundum demerita plus aut minus elevatur: qui tan-

114 *Domus aeternitatis.* Consideratio
tantam ei activitatem & vim imprimi
quanta convenit, ad vindicandum inju-
rias sibi illatas, & gloriae suæ divinæ je-
cturas. Sic ignem in pentapolim mil-
sum, ad tantum Deus elevavit ardorem
& fœtorem, quantum ardore eorum &
fœtens libido requirebat: *Dominus plus*
super Sodomam & Gomorrah sulphur &
ignem à Domino de calo. Gen. 19. 24.
Sic Apoc. c. 20. 9. *Descendit ignis à Deo*
de calo & devoravit eos. *Descendit ignis*
ille à Deo, in signum odii infiniti, quod
puritas, bonitas, & Sanctitas infinita
Dei, in finu suo continet & fovet, adver-
sus peccatum; & pro gravitate ac nume-
ro scelerum, vim urendi acuit. Ita quo-
que Ignis avernalis est inventum Sa-
pientiæ divinæ, ad reparandum hono-
rem sibi ablatum. Est machæra omni-
potentiæ divinæ & romphæa bis acuta,
damnatis inficta, & juxta singulorum
merita, librata à brachio omnipotente.
Quis novit potestatem iratiae? Psal. 99.

III. Est postremò ignis gehennalis,
fulmen in dextera Dei, quod juxta justi-
tiæ leges, & exigentiam criminum, in

cap.

capita damnatorum contorquet , totâ
xternitate. *Si acuero ut fulgur , gladium*
meum : id est si præperavero gladium ul-
tionis meæ, ut sicut fulgur luceat, terreat,
& citissimè penetret. Reddam ultionem
hostibus meis. Deut. c. 32. 41. Ubi bene
notandum est , hunc ignem , hunc gla-
dium , hanc romphæam , hoc fulmen
elevari , vibrari , infigi , magis , minùs ve
pro gravitate ac numero delictorum ; ita
ut si unus centum , aliis unum commise-
rit , isti , ignis , machæra , fulgur centu-
plum dolorem infligat. Declarat id
præclarè more suo S. Gregorius L. 9.
Dial. c. 47. *Sicut , inquit , in mundo multi*
sub uno sole consistunt , nec tamen ejusdem
solis aquanimiter ardorem sentiunt , quia
alius plus astuat ; aliis autem minus :
Ita illic in uno igne , non est unus modus
incendii : quia quod hic diversitas corpo-
rum , hoc illic agit diversitas peccatorum :
ut ignem non dissimilem habeant , et ta-
men eosdem singulos dissimiliter exurat , pro
mensura nempe peccati erit et plagarum
modus. Deut. c. 2. 5. 2.

Adhor.

A Spice ô Peccator & rite pond
stupendam ignis infernalis elev
tionem, quam fatus iræ Dei, instar vo
lis, pro mensura, modo, ac numero d
ictorum, plus, minusve attollit, vel
primit, succedit vel restinguat, auget
minuit; & cohorresce. Ne igitur di
ris, sive dena sive centena perpetraver
crimina, & quæ damnabor: erras, erra
commissis enim denis aut centenis pe
catis uret, torquebitque te ignis il
decuplo aut centuplo vehementius,
que in aeternum. Ardent jam pluri
in ista flamma, ob pauciora peccata
quam sint tua; & tibi haec tenus peper
divina Bonitas; quas illi grates referat.
Conclude tandem, non esse hic temp
novis peccatis, suggesti materia
flammis augendis; sed potius seriâ po
nitentiâ & lacrymis eas extinguedi,
consilio S. Gregorii hottantis, in Pa
rali suo: *Uniuscujusque mens tantum
nitendo, compunctionis sua bibat lacrymam
quantum se à Deo meminit recessisse
culpas; & flammas meruisse tartareas.*

C O

CONSIDERATIO XL.

Pœnitentia damnatæ æternitatis.

Pœnitentiam agentes & præ angustia spiritus gementes. Sap. c. 5. 3.

I. Augusti.

I. Considera, omni peccatori, gravioris delicti, reo, aut pœnitendum, aut ardendum esse: aut agendum h̄ic pœnitentiam fructuosam & seriam; aut illicitam atque inutilem. O quot myriades Damnatorum agunt pœnitentiam in inferno, & præ angustia spiritus gemunt: sed serò & frustra: quia nulla istic unquam exhibebitur misericordia, nulla gratia, venia nulla. Lamentantur quidem miseri, dolent, gemunt, plangunt; sed ex desperatione, non cum spe veniam: obdurati enim sunt, & obstinati in impenitentia.

II. Dolent quidem damnati, elapsum sibi esse tempus gratiæ, dolent clausam januam veniam, gemunt non superesse amplius locum misericordiæ: lugent adesse tempus vindictæ, ac deplorant irre-

118 *Domus æternitatis.* Consideratio
irremediabiliter, æternitatem pœnae:
nitentiam agentes & pœnae angustia spiri-
gementes. l. c. Sed actum agunt, clama-
& nemo audit; gemunt & nemo mil-
retur: *Ab iis enim non evaditur pœna*
sed sempiterna erit pœnitentia, & nulla
lus post pœnitentiam. S. Aug. in Psal. 27.

III. Juvat hujus inutilis & infructu-
sæ pœnitentiæ exempla perpende.
At pice divitem Epulonem, sepultum
inferno ob scelera sua commissa, nec
crysma pœnitentiæ deleta; de quibus
men nunc in inferno agit, & in æternu-
agat pœnitentiam. Clamat enim è fla-
marum medio. *Pater Abraham miseri-*
mei Lucæ c. 16. 24. Sed nihil obtin-
misericordiæ, solatii nihil. Reponit en-
illi Abraham: *Fili recordare, qui reu-*
pisti bonum in vita tua; Lazarus autem in
la. Hinc ille in refrigerio, tu in tormento
versaris & cruciaris. Magnum in-
nos chaos interjacet. *Frustra agis pa-*
tentiam, in loco, ubi non est pœnitenti-
cus; tormenta te cogunt agere pœnitentia
non mentis affectus. ait S. Chrysost. ho-
de div. Epul.

Admonitio.

O Qualem, quantamque pœnitentiam libens ageret purpuratus hic Epulo, si modò posset obtinere veniam, & consequi tandem salutem æternam! O quam promptè & alacriter, [ut aliquando ex ore obsessi de se fassus est Diabolus] usque ad diem judicii per scalam, cultris & gladiis acutis munitam, atque ad cælum usque protensam, sursum ac deorsum traheretur, raptaretur, & dilaniaretur! Sed frustra omnia. Quia Nulla est ibi salus post pœnitentiam. I. c. Concluse igitur quisquis hæc legis, ô Peccator! Tibi aut hæc pœnitendum, aut ibi ardendum esse: nullum enim datur medium in æternitate.

2. Augusti.

I. **A** Liud veræ, sed seræ pœnitentiæ specimen præbent Damnati illi, de quibus. Sap. c. 5. 3. Videntes turbabuntur timore horribili, dicentes intra se, pœnitentiam agentes & præ angustia spiritus gementes; Hi sunt, quos habuimus Pars III. F

120 Domus eternitatis. Consideratio
in derisum & similitudinem improporu-
non insensati vitam illorum estimabam
insaniam , & finem illorum sine honore
ecce quomodo computati sunt inter filio-
Dei, & inter sanctos sors illorum est. Vi-
des hic reproborum illorum pœnitentia-
tiam, audis gemitus, percipis lamenta se-
non est, qui exaudiat ; quia non est ibilo-
cus utilis pœnitentiae.

II. Verum ausulta ulteriores horum
male pœnitentium voces , ejulatus , &
ploratus : Ergo erravimus à via veri-
tatis, & justitiae lumen non illuxit nobis ,
sol intelligentie ortus est nobis . La-
sumus in via iniquitatis & perditionis,
ambulavimus vias difficiles ; viam autem
Domini ignoravimus . Quid nobis pro-
fuit superbia , aut divitarum jactan-
quid contulit nobis ? Transierunt omnia
la , tanquam umbra , & tanquam nuntius
percurrentes , & tanquam navis , que
transit fluctuantem aquam cuiuscumque
terierit , non est vestigium invenire .
Hæc est pœnitentia vera , sed sera, dol-
rosa , non fructuosa ; quia nec in loco
nec in tempore debito peracta .

III. Et

III. Examina hujus Damnatorum pœnitentiae circumstantias; & dictorum veritatem deprehendes. Agnoscunt infelices illi suos errores. Ergo erravimus. Deplorant tenebras: *justitia lumen non illuxit nobis.* Damnant viam iniquitatis. *Lassati sumus:* Despiciunt superbiam; detestantur divitiarum jactantiam. *Quid profuit?* Omnia mundi rerum vanitatem profitentur: & se eam sectatos fuisse lugent. *Transferunt omnia illa.* Sed frustra: quia serò nimis. Hæc in vivis præstissime oportebat; quando aderat tempus flendi, tempus gemendi, tempus superbiam calcandi, tempus divitias inter pauperes distribuendi; tempus vanitatem abjiciendi, & amplectendi veritatem. Nunc autem tempus pœnitendi transiit, nec in æternum revertetur. *Tempus non erit amplius.*

Adhortatio.

QUare, fili, observa tempus, æstima tempus, non neglige tempus: Fron-te capillata, post est, occasio calva: dum clepsydra adhuc fluit, dum vita durat,

122 Domus aeternitatis. Consideratio
desle peccata tua ; & pœnitentiam ag ut:
abjice opera tenebrarum , abstrahe colu-
tuum à divitiis, voluptatibus & hono Re-
bus, instar nuntii & navis prætereundi cer-
bus ; & omnium rerum vanitatem ag Or-
nosce, sed practicè. Hic geme, hic do non
hic plange ; ne ibi sine fructu gem Ma-
plangas & doleas. Quare misericordia sti-
Dei non in inferno; sed , dum vivis, pœ-
mundo , ibi enim aquam negat ; hic se teos
quinem dat : ibi nec misericordie gutta bus
hic fluvios sanguinis ministrat. S.Bonifacius
serm. i. de passione. Sequere Augusti pœ-
monitum. Quisquis ergo stat, videat pœ-
cedat : Et si ceciderit velociter resurgat salu-
cordis compunctione , oris confessione, bus
operis sanctificatione. Sit humilior in Sal-
propriam conscientiam , sit ferventior omni-
que promptior ad agendam pœnitentia S.J.
sit cautior ad custodiā. L.de Spir.& anima

3. Augusti.

IN Iſi igitur ô peccator ! Hic pa-
tentiam egeris , pœnitentiam ritu
utilem in Orco ages : quia aut pœnitentia non
dum aut ardendum : pœnitendum , Pri-

magis ut agebat Antiochus, aut Judas; sed ve-
hebat David aut Magdalena. Antiochus
non Rex impius Dei vindictam in se agnos-
cens, pœnitentiam egit; sed inanem:
Orabat autem scelestus Dominum, à quo
c dō non esset misericordiam consecuturus. 2.
gema Machab. c. 9. 13. Judas Proditor Chri-
cordisti, pœnitentiam pariter egit: nam
vis, pœnitentiā ductus, retulit triginta argen-
hic sateos Principibus Sacerdotum, & Seniori-
bus dicens, peccavi tradens sanguinem ju-
Bon. sum. Matth. c. 27. 3. Utriusque autem
ingult pœnitentia ex odio & timore, non cul-
videat pœ, sed pœnæ manavit; ideoque fructu
esur salutis caruit. Alia proinde Peccatori-
bus agenda est pœnitentia, clamante
or im Salvatore: *Nisi pœnitentiam habueritis,*
ntior *omnes similiter peribitis.* Lucæ c. 13. 3. Et
entis S. Joanne Baptista pariter intonante: *Fa-*
c animi fructus dignos pœnitentiae.

II. At quinam illi fructus digni pœ-
nitentiae? Respondeat Magnus Grego-
c p̄ rius: *Fructus pœnitentiae dignus est, præte-*
tiam *rita peccata plangere, & plangenda iterum*
pœnit non committere. Hom. 24. in Evang.
n, *Primus igitur fructus pœnitentiae dig-*

124 *Domus aeternitatis. Consideratus*
nus est, *Peccata præterita plangere:* N &
mirum excitandus dolor, contritio, & er-
testatio, super omnia mundi mala. Fū-
ta: *dendæ lacrymæ cum Davide, Petro,* tū:
līsq̄ne pœnitentibus: Educ quasi w
rentem lacrymas per diem & noctem, hæ:
des requiem tibi, nec taceat pupilla oculi po:
Thren. c. 2. Funde igitur lacrymas, qu
bus peccata deales, si non oculorum, la
tem lacrymas internas, lacrymas con-
cordis, intimique doloris.

III. Alter fructus dignus pœnitentiæ
est, *plangenda iterum non committere*
& *vitam emendare. Inanis enim est*
pœnitentia, quam sequens culpa coinqui-
nihil profundit lamenta, si replicentur pe-
cata: nihil valet a malis veniam poscer-
& mala de novo iterare. S. Aug. in folio
Fili peccasti, ne adjicias iterum, mon-
Ecclesiasticus c. 21. 1. His duobus, to-
tius pœnitentiæ fructus adjungendus
est; scilicet, post contritionem, prop-
ositum, confessionem, & absolutionem
malè gesta, operibus bonis compensa-
virtutes, vitiis nostris oppositas exerce-
re, malè parta restituere; corpus castiga-
&

& in servitutem redigere, eleemosynas
erogare, membra denique quæ ad illici-
ta adhibuimus, in pœnitentiæ, virtutu-
tumque instrumenta convertere. Atque
hæc demum, non sera, sed vera & op-
portuna est pœnitentia, liberans pecca-
tores à pœna & pœnitentia æterna.

Parænesis seu adhortatio.

O Peccator! Peccasti, pœnitentiam
igitur age, non ut impius Rex An-
tiochus, aut Judas perfidus; sed ut Da-
vid, ut Petrus & Magdalena. Age pœ-
nitentiam in vita tua, ne cogaris agere in
gehenna; dole & affligere nunc modi-
co tempore, ne doleas in æternitate. Aut
pœnitendum aut ardendum est. Quare
plange peccata, & plangenda denuo ne
committe, peccata confitendo expia,
vitam emenda, perfidiam in fidem; su-
perbiam in animi demissionem; avari-
tiam in eleemosynam, gulam, & crapu-
lam, in abstinentiam, luxuriam, in ca-
stimoniam, hypocriticam, pharisaicam-
que justitiam ac simulationem, in veram
& Christianam perfectionem converte.

126 *Domus aeternitatis*, *Consideratio*
Sic peccatorum culpas & pœnas abster- ter
ges, & inferni supplicia evades : id in
præstiteris, velut arbor mala & infu- pu
stuosa excinderis & in ignem mittens dic
Omnis enim arbor, quæ non facit fructum
bonum, excindetur & in ignem mittens
Lucæ c. 3. 8.

CONSIDERATIO XII.

Fletus damnatæ æternitatis.

Ibi erit fletus. Matth. c. 13. 42.

4. Augusti.

I. *Ibi erit fletus*, sive cum veris lacri- na
mis, ut nonnulli SS. Patres censem
cum Maldonato : sive sine illis, ut I
Thomas in supplemento q. 97. a. 3. &
Cornelius in Matth. aliquique pp. ser- ber
tiunt, & per fletum intelligunt singultus ser
gemitus, ejulatus, omnésque comple- tan
rantium gestus & lamenta, quæ flent
conjungi solent. His præmissis con- mi
sidera causas fletūs Damnatorum : vi- cut
dentur enim potissimum flere. 1. Pro- ten
ter mala *præterita*. 2. Propter *præsentia* tan
3. Propter *futura*. Auspicemur à *præ- tay*
teritis.

absteritis. Flent Damnati in inferno, quia
id in vita non fleverunt : Flent quia tem-
pus gratiæ stultè neglexerunt : flent quia
dies suos in vanitate exegerunt : flent,
quia cæcitate percussi fuerunt : & solis
divini radios non aspexerunt : Flent,
quia vanè riserunt : flent quia nimio ci-
bo, potu, cantu, saltu, lusu, venere, sele
oblectarunt ; ideoque vœ illud à Christo
intentatum, meritò experiuntur : *Vœ
vobis, qui ridetis nunc, quia lugebitis &
flebitis.* Lucæ c. 6. 25. Luctus ad animam
pertinet, fletus ad corpus ; luctus est pœ-
na damni; fletus pœna sensus.

II. Flent quoque damnati ob locum,
tempus & causam indebitam risus sui
& gaudii, quæ justam flendi ansam præ-
bent. Observa I. locum. *Ubinam ri-*
serunt : In hac valle lacrymarum, reple-
ta miseriis & peccatis innumeris, maxi-
misque, quæ ipsis meritò lacrymas ex-
cutere debuissent. II. Attende ad tempus.
Quando riserunt ? Præter tempus, &
tempore importuno : Deus enim non vi-
tam præsentem, sed futuram risui depu-
tavit. *Tempus flendi & tempus ridendi.*

F s

Eccle.

128 *Domus aeternitatis. Consideratio*
Eccle. c. 3. 4. Præcedit luctus & fletus
sequitur risus ; at illi ordinem inverte-
runt. III. *Adverte causas.* Cui ris-
runt ? Ob res summè deflendas. Latan-
tur cùm malè fecerint, & exultant in re-
bus pessimis. Proverb. c. 2. 14. Quan-
amplius crescit malum ; tanto amplius
etiam tristitiam crescere oportet : sed il-
omnia alia egerunt : gaudent in rebus
malis, exultant in pessimis : Vides ergo
quām sit præposterus illorum risus, i.
loco miseriæ, in tempore tristitiae, in oper-
bus malitiæ. O quis sapiens cum illis
nunc ita rideat, nisi cum illis perpetu-
aere lubeat ?

III. Ex hoc risu iniquo, & in rebus
malis, gaudio pessimo, sequitur fletus
damnatorum, & luctus inconsolabilis.
*Ibi erit fletus. l.c. V&e, qui ridetis, quia fu-
bitis.* O qualis fletus? Quis eum vel me-
re concipere, vel verbis adumbrare va-
leat ? Flerus sine modo, sine mensura,
sine consolatione. Imaginare tibi nave-
ingentem, mulieribus & pueris refertam
exortâ tempestate naufragium facere
omnesque hauriri fluctibus ac submer-

gi. O qualis fletus! qualis ejulatus! Co-
gita civitatem amplissimam, homini-
busque plenam, longo tempore obse-
sam; tandem à centum armatoribus mil-
libus, stricto gladio occupari, omnésque
incolas crudeliter crucidari. O qualis
fletus! qualis ejulatus! Verùm quid est
fletus & ejulatus hic, ad fletum & ejula-
tum tot millionum damnatorum?

Colloquium.

O Anima mea! tot peccatis obnoxia
& ignara, num tibi sint remissa; de
propitiato peccato, noli esse sine metu: &
in pœnam, ab illicitis gaudiis & risu no-
xio abstine; quin potius in hac lacry-
marum valle, in hoc luctūs tempore, ob-
delicta tua, promeritum fletum æter-
num, fletu breviore præveni. Vide
qui flet David: Flet adeò copiosè; ut
leatum lacrymis madefaciatur. Flet Pe-
trus quoties Galli cantum percipit: flet
Magdalena & lacrymis copiosis Christi
pedes rigat & lavat. Hieronymæ à Car-
vallo oculi ita fluebant lacrymis; ut iis
quotidie, quatuor strophiola madeface-

130 *Domus æternitatis. Consideratio-*
ret, & sæpe etiam magnum velut, quo
Hispanorum more, capiti imponebat
Anna Albuquercia, ob peccata in sacer-
to commissa, tantum lacrymarum im-
brem cum tantis suspiriis fundebat; u-
in cellam subterraneam se recipere co-
geretur; quò liberiùs & suspiria erum-
pere & lacrymæ fluere possent. Le Blanc
in Psal. 83. v. 7. Cum his deplora pecca-
ta tua in tempore, ne ea deflere cogans
in æternitate. Si lacrymæ desint, ea
pete & suspira: *Quis dabit capiti mi-*
aquam, & oculis meis fontem lacryma-
rum & plorabo die ac nocte? Jerem. c. 9. 1.

s. Augusti.

I. **A**ltera causa fletūs damnatorum
est copia malorum præsentium
& propter hæc, *Ibi erit fletus.* Flent
ergo I. propter præsentem pœnam dam-
ni, quòd non liceat ipsis intueri amabi-
lissimum Dei vultum: quale verò id si-
torientum, nemo satís aestimare po-
test, nisi qui intelligit, quantum bonum
sit Deus. Flent in mundo mortales, dum
amittunt ingentem vim pecuniae, mag-

num thesaurum , honoratum officium,
nobile palatum : quis igitur fletus erit
reproborum , ob amissum cælum , ac
Deum summum illud bonum ? Dum au-
tem menti occurrit recordatio illius
boni , quô fruuntur beati , quæ semper
occurrit ; gravissimo doloris vulnere la-
niantur , & ideo : *Ibi erit fletus , & fletus*
amatissimus.

II. Flent quoque Damnati , & eju-
lant ob pœnam sensûs ; quæ interiùs &
exteriùs eos cruciat : Et si nullum aliud
tormentum foret præter ignem , an non
sufficientissima foret causa plorandi ?
Hic ignis omnia eorum viscera perva-
dit & penetrat . *In ventre impii ignis ar-*
debit. Eccli.c.40. Unde præ dolore in-
explicabili instar colubri se incurvant ,
versant , torquent . Hic ignis quoque ex-
teriùs omnia in membra adurit : qui dolor
acutior , atrociorque est quam si om-
nium morborum agmina eos unâ vice
simul oppugnarent . Irruant in corpus
hominis & infestent simul cephalgia ,
hemicrania , ophthalmia , odontalgia ,
podagra , chiragra , asthma , nephritis ,

132 *Domus aeternitatis. Confederatio
pleuritis, gangraena, carniomata, apo-
stemata & sexcenta alia mala ; sed qui-
omnia illa, si cum igne tartareo compo-
nuntur ? Hinc ibi erit fletus, ploratu-
m ululatus incomprehensibilis.*

HI. O qualis fletus ! qualis planctus
singultus, ejulatus ? Dicat id S. Mac-
rius, sanctimoniae famâ in eremo incli-
tus. Is rogatus à Fratribus, in Mon-
Nitriæ commorantibus, ut monito salu-
tarie eos instrueret ; cum lacrymis effatu-
est : *Ploremus ô Fratres, & lacrymas oculi nostri producant, antequam eò hinc m-
gremus, ubi lacrymae comburunt corpora.*
Quâ quidem adhortatione, ita commo-
ti sunt Fratres, ut & lacrymas copiosas
profuderint ; & in genua prostrati, vi-
rum sanctum rogârint : *Pater, ora pro no-
bis. Vit. PP. & Cedrenus.* O quis sibi à la-
crys talibus non metuat ?

Admonitio.

QUare hîc peccata nostra defleamus
hîc ploremus, ô Fratres, & lacry-
mas oculi nostri producant ; ne ibi lacry-
mas emittamus ignis instar urentes.
pecca-

peccatorum veniam obtinere cupimus,
ploremus : *Oratio Deum lenit, sed lacry-
ma cogit. S.Hierony.in Isaiam.* Si Dæ-
mones vincere , eorumque ungues eva-
dere volumus : ploremus : *Lacrymantes
oculi Diabolum torrent ; Et sic lacryma-
rum erumpentium expavet impetum ac si
procellosi nimbi grandinem , Et furentium
undique ventorum effugiat tempestatem.*
S.Petr.Damiani opusc.13. c.12. Plore-
mus igitur hīc ubi lacrymæ gemmæ sunt,
ubi utiles sunt & fructuosæ, non ibi, ubi
sunt supplicium perenne. *Contriti cor-
dis lacryma peccatum remittit, paradi-
sum referat, tristem exhilarat, vitam ab inte-
ritu revocat, horrorem removet, fiduciam
præberet , gratiam abundantem refundit :*
omnia ligata solvit , omnia soluta resecat ,
*omnia adversa mitigat , omnia contrita
sanat , omnia confusa lucidat , omnia despe-
rata animat. S.Chrysost.de pœnit. Tanta
efficit lacryma pœnitentium; nihil autem
horum præstat fletus Damnatorum.*

6. Augusti.

Denique *Futura damnatis fletum
cient. Et quidem i. Flere eos co-
git*

134 *Domus æternitatis.* Consideratio
git tota illis incumbens æternitas. 2. cap
re cogit series omnium tormentorum aevi
finem ignorantium. 3. Flere cogit me defi
moria tot mediorum, quibus facile gloriari
riam cœlestem procurare potuissent 136
quâ nunc in æternum privabuntur. fusa
Flere cogit intellectus turbidus, inquietas
tus, obscuratus; sciens se in æternum tes
non visurum benignam Conditoris faciem.
5. Flere cogit voluntas obdulcuj
rata in malo, peccata à se commissa aperta
probans; plura se non commisso do
lens; cunctos Deum amantes, adorantes
nominantes, odio prosequens: & quo pess
se contra Deum vindicare, nec valeat
nec unquam valitus sit, ideoque denti qua
bus frendet ac stridet. O Crocodili la
crymæ! O fletus abominandus & de
testandus!

II. Amaras fundit lacrymas uxor non
honesta, inter Barbaros captiva; quod vita
nunquam ad conjugem dilectissimum si
reditura. Fundit lacrymas Filia nobilis,
à Turcis carceri mancipata; quod null
nunquam in posterum faciem amantis seret
simorum parentum sit visura. Judæi in
cap.

captivi ducti in Babylonem, ubertim de-
tatorum fleyerunt suam captivitatem, miseriam,
git me defectum omnis solatii : *Super flumina
Babylonis, illuc sedimus & flevimus.* Pial.
136. i. Quantò magis Damnati in con-
tur, fusa Inferni Babylone deflent suas mis-
enquias ac pœnas, omni consolatione caren-
tes. Spes enim Deum videndi, spes mise-
oris futurum finem obtinendi, aut solatii ali-
obdu cujus assequendi illis in æternum præci-
fla ap la est. Hic sequitur post nubila Phœ-
nix do bus; apud Inferos nunquam, sed semper
rante nubila, semper turbida, semper est tem-
pestas horrenda, ita ut nec minimus sere-
nitatis radius, vel interluceat, vel subse-
denti quatur. Hinc illæ lacrymæ.

III. In hac vitâ, Sedatur lacrymis,
& degenereturque dolor : contrarium evenit in
Orco reprobris, quibus dolor lacrymis
non minuitur ; sed augetur. In hac
vita vel Pater Filium, vel Mater Filiam,
vel amicus amicum in dolore aut in œro-
nobis reconsolatur, cōpatitur ac lenimen non-
quod nullum adfert. In Inferno, nemo mi-
seretur, nemo compatitur, nemo vel mi-
tudinum solatii impertitur. Unde S. Cy-
rillus

136 *Domus aeternitatis. Consideratio*
rillus ait: *Illi ingemiscunt assidue, nec*
lus miseretur; clamant de profundis,
nemo flectitur; lamentantur & nullus
ripit vel opitulatur. Continuum effun-
dunt lacrymarum flumen & nemo of-
strophiolum. Ex hac omnimoda der-
lictione, appetitus irascibilis, excande-
cit, indignatur, & in animo Damnato-
rum, iram, invidiam, tedium, mœrorem
furorem ac desperationem concitat,
velut è carcere emittit, contra Deum
Sanctos, contra ipsosmet cæteros
damnatos. Ideoque ibi erit fletus, no-
consolabilis.

Petitio.

REdemptor amantissime; qui &
præsepio, & in crucis patibulo,
in resuscitatione Lazari & in aspectu
vitatis Jerusalem flevisti, ac deslevi
hominum scelera ac supplicia: pun-
oculum mentis meæ, ut prodeant lacri-
mæ compunctionis; quibus in hac vi
peccata mea eluam, ne ea in inferno si-
fructu defleam. Obscro te, per orationes
lacrymas tuas, pro salute nostra pro-
funda.

Augusti 7.

137

fusas, da mihi, Domine, gratiam lacry-
marum; ut plangam me in tota vita mea;
ne in altera plangere & plorare cogar
sine intermissione, sine levamine, sine
consolatione, sine fine.

CONSIDERATIO XIII.

Stridor dentium damnatæ æternitatis.

Ibi erit fletus & stridor dentium. Matth.

c. 13. 42.

7. Augusti.

I. **C**onsidera, inter cæteros inferni
cruciatus, numerari quoque *stri-
dorem dentium*. Refert Venerabilis Be-
da L. 3. Hist. Angl. c. 19. Quòd Bea-
tum Furseum, hybernum, [Peronen-
sium in Picardia Divum tutelarem] fle-
tus, stridor dentium, ignis aliique infer-
ni cruciatus, quos semel in mentis rap-
tu viderat, tam acriter deinceps affe-
rint; ut plenâ hyeme, simplici quamvis
veste tectus, eorum recordatione, sta-
tim, toto corpore guttatum sudârit. Et
meritò sane.

II. *Ibi erit stridor dentium.* l.c. In er-
gastulo

138 Domus aeternitatis. Consideratio
gastulo stygio repertum in stridore dor-
dentium verum ac realem, Veritas atque inqui-
na clare asseverat, saepiusque inculcat habet.
Matth. c.8.12 ait: *Fili regni ejiciuntur ubi*
in tenebras exteriores; ibi erit fletus & latu-
stridor dentium. Rursus, Matth. c.13.4 dicit:
Mittent eos in caminum ignis, ibi erit fletus &
stridor dentium. In gehenna ait Bernardus,
nulla penitus consolatio; se-
perpetuum va-*uln*atus, fletus, & strido-
dentium. Serm. 12. de divers. Quibus tra-
verbis summus significatur cruciatu-*gra*
scilicet, per fletum summus dolor, pa-*sun*
stridorem, summus horror: qui enim
horrendè torquentur, hi oculis flent, vo-*tri*
ce ejulant, dentibus strident.

III. Quin & inter nuptialia gaudium
Dum Rex iustrat discubentes in me-
lè vestitum, ac veste nupciali destitutum
justam pronuntiat sententiam: *Liga-*
manibus & pedibus, mittite eum in te-
nbras exteriores: ibi erit fletus & strido-
dentium. Matth. c.22.13. Constat igitur ex Domini verbis, quod in inferno
sit fletus & stridor dentium: *Fletus que-*
dem ob ignem, qui non extinguitur; strido-

adorendor vero ob vermem , qui non moritur :
sæte inquit S. Bernardus serm. 2. in Psal. Qui
vulca habitat. Flamas infernales sustinebit :
clementia ubi est fletus & stridor dentium : ubi ulu-
etus & latus, lamentatio & pœnitentia sine reme-
dio S. Aug. ser. 2 51. de temp.

Monitum.

O Peccator ! Nunc lacrymas funde ;
nunc tibi ipsi indignare, nunc con-
tra te & peccata tua tam multiplicia, &
gravia dentibus stride, ne in vita futura
summo cum dolore æternum fleas ac
strideas. Ibi enim erit fletus, quod non fle-
verint ; stridor & indignatio contra seipso,
quod apud vivos , sibi & peccatis suis non
succensuerint : ait Primasius. Ante om-
nia vide ut habeas vestem nuptiale in,
quæ non est fides , ut volunt hæretici :
omnes enim in convivio Ecclesiæ ha-
bent fidem, imò non nisi per fidem in il-
lud ingredi valent ; sed est Charitas, mo-
rumque probitas & sanctitas , vita enim
pura , & sancta est instar vestis mundæ
& cycladis splendidæ ex virtutibus &
bonis operibus contextæ, quæ mirè ho-
minem

140 Domus eternitatis. Consideratio
minem exornat: Ita S.Heron. Chr
Hilar. Tertull. Hac cyclade ornatus
Aetru & stridore liber eris.

8. Augusti.

I. C onsidera causas hujus horribilis stridoris. Oriturne I. ex digno
gore infernali , de quo meminit Job que
Ad nimium calorem transeat ab aqua geno
vium. c. 24. 19. In inferno enim taci
quoque summum frigus , quo damnati
crucientur & urantur , censet Ven. Bed
D.Thomas in loc. cit. S.Augustinus neg
de tripl. habit. c.2. S.Hieronymus in De
10. Matth. qui ait dupl. esse gehennam, nimirum ignis & frigoris , in Job [c.2 gat
19.] plenissime legimus. Quasi ideo dic
tur gehenna ignis , quod sit & gehenna
frigoris. An vero II. Ex acerbitate po
nerum , veluti equuleo torti; dentibus
strident , eorumque collisione strepitu
edunt? An III. ex invidia & rabie ,
in canibus ringentibus , & in ira oscula
tori quentibus appetet? Peccator vide
& irascetur ; dentibus suis fremet &
fescer. Plal. 111. 10. Peccator reproba

Ch^{ri} videbit gloriam Christi & Sanctorum,
atus atque ex labore & ira dentibus stridebit,
& contabescet.

II. An oritur IV. ex ira & indignatione? ut sentit S. Ambrosius in hunc locum, ubi ait: stridor dentium predit in ex indignantis affectum; eò quod serò unum it. Ierusalemque damnatorum pœnitentia, serò inquis gemiscat, serò irascatur, quod tam per vim et caci improbitate deliquerit. An V. ex animo furore indomabili, orto ex omnium penitentiationum & desideriorum repulsa ac denus negatione? secundum illud Vatis regii: us in Desiderium impiorum peribit. Psal. 111.

III. An VI. ex confusione & subjugatione, quod à Deo abjecti & conculcati, Lucifero verò ac Dæmonibus subiecti, inferiores & victi, Dissecabantur coribus, & dentibus stridebant in eum. Act.

c. 7. 54. An denique VII. Ex desperatione & inde ortâ rabie damnatorum desperatissimorum, tormentorum ac miseriarum suarum, nullum exitum, aut finem cernentium? Ah! fateor quælibet

harum

142 *Domus aeternitatis. Consideratio
harum causarum sufficientissima est,
ingratum illum, horridumque strid-
rem ac fremitum causandum: quid igit
facient omnes simul?*

Colloquium.

O Anima mea! disce aliorum exer-
plo, incuria ac pœnâ, sapere. Fe-
quem faciunt, aliena pericula cautu-
Hic stude flere, ubi flendi tempus est: fu-
dere ubi stridoris fructus est: quid eni-
juvat flere, ubi nullus est qui velit su-
currere? Quid prodest stridere, ubi nu-
lus est, qui velit levamen adhibere:
quid valebit plorare, ubi nullus sacerdos
test absolvere? Et tamen tantum plor-
bunt, ut non sint in mari tot guttae; quot
oculis uniuscujusque lacrymæ sunt exitu-
S. Bonav. serm. 87. Quid juvabit stride-
ubi nemo est, qui velit equuleum laxa-
& tamen tantum stridebunt, ut non si-
in Orbe universo tot pulvisculi, quo-
Miseriis illis stridores sunt eliciendi?

9. Augusti.

I. Consideratis causis stridoris sty-
nunc perpendamus, quam-
gra
P

gratus, quām acerbus, horrendusque sit
futurus, tot millium damnatorum stridor
continuus: cūm enim stridor ille
dentium, non solūm iræ ac furoris; Ve-
rūm etiam nequitiæ & malignitatis sit
indictum; nullum autem tormentum
malis sit gravius, quām malitia cordis, &
iniquitas ipsa perversissimæ voluntatis,
facile est conjecturâ assequi, atrocitate
supplicii hujus stridoris. Nimirum sicut
adversitates, dolores & passiones patien-
tia sublevat; sic impatientia quamlibet
leves aggravat: ibi ergo erit fletus & stridor
dentium, tum ex rancore & furore;
tum ex nequitia & malignitate, pœnam
plurimùm augente.

II. Sed ut stridoris hujus horrorem
& acerbitatem melius capias: finge ho-
mines mille vivos comburendos, in flam-
mas injici: mille alios laminis cidenti-
bus, facibusque aduri: mille sceleratos
in equuleo crudeliter extendi; mille
Christianos, à Turcis, palis vivos infigi:
mille furiosos, præ rabie dentes collide-
re, tremere, stridere: quis adeò cordatus
existat, ut aures ejus, stridorem hujus-

Pars III.

G

modi,

144 *Domus aeternitatis. Consideratio*
modi, sine horrore ferant? Et tamē flebit
quid obsecro, hæc, ad stridores inferni qui hi-
les? Sanè illorum intuitu, omnes Mundus navit
stridores, grata meritò videantur musici et con-

III. Finge demum, qualescumque dentib-
cet dirissimos aurium cruciatus; clamores
res hominum, latratus canum, luporu-
ululatus, mugitus boum, rugitus le-
num, bestiarum fremitus, fragores ni-
bium, dejectus aquarum, & quidquid
horridum, in amoenumque auribus
cogitari potest. Sed ah! quām hoc om-
nihil est, ad orcinianos Damnato-
fetus, clamores, ploratus, ejulatus
stridores?

Suspirium.

O Quis tribuet oculis meis tornac qu-
otem lacrymarum; quibus peccata
mea, ac præsertim delicta juventutis in locu-
deplorem? Ne veniam in hunc locus ple-
torum; ubi fletus torquet pro vita
missis; stridor dentium pro commissum ac
ubi pro bonis æternis perditis, fletus e eni-
& pro inflictis æternè inevitabiliter por-
nis, dentium erit stridor continuo rrup-
Fl

Augusti 10.

145

tame flebit ibi, qui non flevit h̄ic; stridebit ibi,
nfero qui h̄ic ad Deum corde valido non cla-
Munavit. Flebit ibi oculus, qui h̄ic secutus
musis et concupiscentiam oculorum; stridebit
aque dentibus, qui sibi prohibita, velut man-
clamans dentibus devoravit.

CONSIDERATIO XIV.

Vermis damnatae æternitatis.

Vermis eorum non moritur. Marci

c. 9. 44.

10. *Augusti.*

Cum Asceta quidam Achillem Mo-
nachum rogasset; unde accide-
et; quod in cella otio a corpore mar-
esceret? Respondit, id inde oriri, quod
tonat quietem, quam speramus; nec tor-
peccantia, quæ timemus, animo volveret:
utis modoc enim si faceret, etiam si cella vermi-
c locus plena esset, libenter in ea mansurum.

PP. L. §. Ss. 107. An non
accidit hodie dum mortalibus? Un-
tus enim oritur tantus in rebus divinis
ter porpor, tanta vita licentia; tanta morum
continuruptio; nisi quia vix unquam serio-

G 2

confi-

146 *Domus aeternitatis. Consideratio*
considerant bona æterna, quæ speramus
& mala æterna, quæ pertimescimus?
primis verò , *Vermen illum*, qui n
moritur.

II. Duplex autem est vermis, qui mo
det damnatos ; unus exterior rode
corpus, alter interior, rodens cor. V
dicta carnis impii, ignis & vermis. Eccl
c.7.19. S.Chrysostomus, Anselmus, P
silius in psal.33. Docent in Orco re
riri veros vermes, eosque horribiles,
dos, venenosos, carnivoros, immorta
doloris expertes, qui instar Salamand
in igne, aut instar piscis in aqua, in fla
mis tartareis vivant ; semper esitan
nunquam satiati ; morsibus suis int
rabilem Damnatorum corporibus
lorem infligentes ; omnia membra ex
riora & interiora, ictibus mortiferis
siduè vellicantes. O dolor! o horror!

III. S.Chrysostomus L. i. adve
vitup. vitæ monast. refert habito q
dam conflictu cruento, ex innu
hominum & equorum vulneratis c
veribus atque permixtis ; tantam
vermium copiam propullulasse, ut

terra multitudine cadaverum operirentur, hæc eadem rursus vermibus absconderentur. Cogita quanta molestia esset, inter putrefacta hæc cadavera & vermium examina, uno anno decumbe-re? Sed Inferno, inquit idem Orator aureus, erunt longè diriora tormenta, non mille annis, aut decem millibus sed sæculis infinitis sustinenda. Quid censes, mi Lector, an non toto corpore cohorresceres, si hominem in decumano quopiam cacabo, serpentibus & bufo-nibus vivis pleno, jacentem cerneret? Quàm grande supplicium censeret, si inter colubros & aspides, nudum corpus tum implicantem, dirisque morsibus continuò infestantes, vel unicâ nocte tibi cubandum foret, ligatis manibus & pedibus, ne te defenderes? Ex quo inferno, quale tormentum futurum sit in inferno, inter dracones & bufones; inter aspides & basiliscos, inter angues & scor-piones stygios, admordentes, rodentes, vellicantes, pungentes, sibilantes jacere totâ æternitate. O quæ mens id capiat?

Affectus horroris & timoris.

O Peccator, Superbe, avare, libidin
se! Tanquam a facie colubri fuge
catum. Eccli. c. 21. Quod vermis
serpentibus infernalibus te in escam
prædam objicit: hoc cogita in procis
Et tu peccati stans, & exhorresce pede
que retrahere. Deum time & mendata
serva: qui, ut canit Prudentius, con-
hor
Marcionitas: Vermibus & flammis [sun se co-
mis craciatis] evum, immortale dea nec a
In omni occasione peccandi, time ve
mem illum, qui nunquam moritur, nu
quam satiatur, nunquam excutitur. Ti
gehennam, contremisce à dentibus be- sanè
infernalis, à ventre inferi, à rugienti vern
præparatis ad escam. Time vermem lania
dentem, ignem torrentem, fumum & u
porem, & sulphur & spiritum procellarum Inter
S Bern. serm. 3. in Salve Reg.

II. Augusti.

I. **V**ermis alter est, interior; scilicet
vermis conscientia: de quo Sa-
vator ait, ac tertium in eodem sermo-

repetit: *Vermis eorum non moritur. Mar-*
s. ci. c. 9. horrendus vermis. Diodorus
Ibidem L. 3. c. 2. scribit ab Æthiopibus captum,
fuge per ac Proloemæo Ægypti Regi oblatum ser-
nibus pentem qui erat triginta cubitorum lon-
scam gitudine, igneis oculis, lingua lambente
procis singula; squamarum asperitate, stre-
pedem pitum ingentem edente; dentibus insu-
latae per eminentibus, oris quoque aspectu
horrido; reliquo tempore in circulum
[sun] se colligens, quiescebat immobilis; do-
le de nec animalia ad aquam, potus causâ,
ne va atcederent, quæ circumplexens caudâ,
r, nu depascebatur; integros quoque homi-
r. Tum nes rictu hiante devorans. Monstrum
us be sanè horrendum: sed magis horrendus
vermis conscientiæ, perpetuo morsu di-
nemr lanians, semper vorans, nunquam devo-
rans, omni serpente, ac belluâ ferocior.
llarum Inter innumerabiles afflictionum mole-
stias, nulla est major afflictio, quam con-
scientia delictorum ait S. Gregorius in
Psal. 143. Ipse est poena sua, quem torqueat
conscientia sua. S. Aug. in Psal. 36.

II. Verum si rem dicere velimus,
 nunc conscientia potius fungitur mu-

150 *Domus aeternitatis. Consideratio
nere latellitis, peccatorem, ad tribunum
divinum evocantis; quam munere can-
nificis torquentis: tortoris vero officium
assumit in inferno: postquam enim, an-
ma condemnata fuerit, sententiâ irrevo-
cabili, divinus Judex tradet eam tortori
in manus, inquam, istius vermis, qui pe-
 omnem aeternitatem quietis partem
nullam relinquet. Memorabile est
quod in prato spirituali, retulit Abb.
Sabbadius c. 166. Latro quidem, à patre
per summam immanitatem innocen-
tis pueri cæde; ut scelus occultum, re-
giosæ vitæ rigore, melius expiaret,
bitum ab Abbatे Zosimo petuit & in-
petravit: jainque post novennem vi-
asperitatem; ecce scelus semper animi
obversans, exturbat hominem è Monas-
terio: pueri enim voces semper in aur-
ibus ejus insonare videbantur: cur
occidisti? Nec sinebat, ut Auctor ait, u-
horâ conquiescere: quare semper tre-
mens ac pavens, tanti cruciatûs impa-
tiens, veniâ ab Abbatē petitâ, Monas-
terio excessit, urbem ingressus Diopso-
lim, in carcerem conjectus & capi-
plexu*

plexus est. Si in hac vita sic mordet vermis conscientiae ; quid aget in altera ? ubi identidem oggeret corpus & anima, cur me occidisti ? Cur te ac tot alios, ius-
sione, suasione, dissimulatione, pravo exemplo & scandalo occidisti ? cur te & illos in mortem æternam præcipitasti ? Iste igitur vermis , omni Serpente & Dracone immanior ternas Damnato-
rum cordibus infligit plagas , de quibus Innocentius III. Pontifex in L. de con-
mundi; ita loquitur : *Affliget memoria;*
Sera turbabit pœnitentia; torquebit angu-
stia. Id est affliget memoria voluptatum
præteritarum : sera pœnitentia culparum
admissarum & angustia bonarum occasio-
num neglectorum.

III. Primus ictus seu plaga , quam vermis iste infligit ; est memoria. Affli-
get memoria præteritarum voluptatum &
oblectionum. Ingens pœna est infe-
lici, meminisse felicitatis pristinæ ; quan-
do cum Jobo dicere cogitur : *Ego ille*
quondam opulentus, repente contritus
sum. c. 16. O quid , in Abysso inferni,
dicet damnatus infelix, cum ex omnium

G s sen-

152 *Domus aeternitatis. Consideratio*
sensuum oblectamentis, subito se ad om-
nium tormenta translatum reperiet? E-
gulæ deliciis ad famem & sitim; ex carnis
voluptatibus ad flamas & vermes tran-
siisse; ô qualis afflictio! Soltum, om-
nibus incutere timorem, nunc ita debi-
lem se cernere, ut ne pili quidem inter-
vallo, se movere queat in latus alterum,
aut digito vermem removere à facie; O
qualis afflictio! Ille qui vel in minima
honoris sui læsione, spirabat vindictam;
nunc substernere se cogitur tyrannidi
ac jugo superborum cacodæmonum &
qui exiguum ferre nequibat molestiam
nunc sustinere debet continuum dolo-
rem, vermem & remorsum conscientia
desolationem, mortem, absque omni so-
latio ac levamine. O qualis afflictio!
*Affliget voluptatum præteritarum memo-
ria. O memoria molesta! O permutatio
luctuosa!*

Admonitio.

O Fortunæ fili! Amice mundi, vo-
luptatum cœno immerse! Ne te ali-
quando hujusmodi affligat memoria;
nunc

nunc memorare novissima tua, & pœnitentiam age; ne serò nimis tibi, ut olim Epulonie evangelico, refricetur memoria: Fili recordare, quia recepisti bona in vita tua. *Hic est vermis ille*, ait S. Bernardus, qui non moritur, memoria præteriorum; semel injectus, vel potius innatus per peccatum, inhæsit firmiter, nunquam deinceps avellendus. L. de Consid. c. 12. Ne verò tibi innascatur & inhæreat, nunc eum cave & time, cum Doctore mellis suo dicens: *Horreo vermem mordacem, & mortem viventem: horreo incidere in manus mortis viventis & vitae morientis.* In qua vermis conscientiæ semper vivit, nunquam emoritur.

12. Augusti.

Alter ictus, morsus seu plaga, vermis hujus immortalis, est pœnitentia sera de peccatis admissis. Sera turbabit pœnitentia. Turbabit quoque peccatum ipsum. Sceleratis in hoc mundo peccatum est res risu digna: *Quasi per risum stultus operatur scelus.* Proverb. c. 10. 24. Nec aliam in eo malitiam

154 *Domus aeternitatis. Consideratio*
deprehendunt, quām innocentem quan-
dām deformitatem: *deformitas sine dol-*
re; ac proinde nonnunquam inde su-
perbiunt & se jactant; perinde ac si ma-
culæ animæ servire ipsis possint, ut ma-
culæ marmoris, pro augmento venusta-
tis. Sed nolite errare; aliter sentietis po-
siti in profundo inferni; ubi monstruosus
aspectus peccati, plūs vos cruciabit,
quām intuitus turpissimi Diaboli.

II. *Veluti peccati memoria; ita &*
sera turbabit pœnitentia. O dicet sibi
O tu infelix, stulte ac cæce homuncio
cur tot scelera admisisti? Cur admissa
non planxisti? Cur exhomologesi sacra-
ea non expiasti? Cur lacrymis pœnitentia-
tiæ ea non abluisti? Cur dignos pœnitentia-
tiæ fructus non fecisti? Exiguolabo-
re, ope divinæ gratiæ, tormenta tartara
evadere, gloriamque cælestem tibi com-
parare poteras, & cur neglexisti? O qua-
tus cruciatus erit, hæc semper animo
volvere, semper intellectu cognoscere
voluntate detestari, nec posse has animi
potentias, aliò divertere? *Justo Dei judi-*
cio, omnia peccata memorantur, & de om-
nibus

nibus continuò torquentur. S.Bonav. in 4.
dist. 50. q. ult.

III. Tertius morsus, seu plaga à Ver-
me conscientiae inflicted, teste Innocentio
Papa. I.c. est Angor cordis. Torquebit
angustia, & quidem inexplicabilis, ob
neglectas tam præclaras salutem conse-
quendi occasiones, unà cum tempore
elapso, in æternum non reddituras. Ju-
ravit Angelus, per viventem in sæcula sæ-
culorum, quia tempus non erit amplius.
Apoc. c. 10. 6. Hinc oggerit oblatrans
conscientia: cur tot orationes, tot ele-
emosynas, tot jejunia, tot corporis affli-
ctiones, passionum & cupiditatum ab-
negationes, frequentiorem usum Sacra-
mentorum, aliisque opera bona neglexi-
sti? Et sectatus es otia, consortia prava,
convivia, symposia, fabulas, nugas,
propriasque commoditates. Ecce de:n-
cepst tempus non erit amplius. Atque hinc
angustia torquet undique & undique, &
absque remedio.

Obsecratio.

O Domine, miserator misericors &
juste! obsecro te, & per omnia sa-

G 7

cra

156 *Domus aeternitatis. Consideratio*
cra obtestor te, gratiam mihi, cunctisque
peccatoribus efficacem tribue, ut inatu-
re peccata nostra defleamus, & expie-
mus; bonisque operibus compensemus,
ne in gehenna, sera nos perturbet pœni-
tentia, torqueat angustia, & perpetua
scelerum memoria cruciet. Potius Ver-
mis ille conscientiae, nos mordeat nunc, m
moriatur, & paulatim definat mordere:
mordendo interim rodat putredinem, m
rodendo consumatur, & ipse quoque pari-
ter consumatur, ne foveri incipiat in im-
mortalitatem S. Bern. de convers. ad
Cler.c.6. Scriptum est enim: Dabo ignem
& vermes in carnes eorum, ut urantur &
sentiant usque in sempiternum. Judith.
c.16. 21.

CONSIDERATIO XV.

Perturbatio damnatae aeternitatis.

Ubi nullus ordo. Job.c.10. 22.

I. 3. Augusti.

I. *C*onsidera, quis, qualisvè ordo;
aut quæ ordinata rerum disposi-
tio esse queat, in confusa illa Inferorum
Baby-

Babylonia ; ubi in densissimis tenebris periniscuntur omnia : ubi ex omnium damnatorum mente perturbata, confunduntur omnia : ubi in summis odiis ac dissidiis, sibi contraria sunt omnia : ubi in pœnis & tormentis continuis, usque deque vertuntur omnia. *Ubi nullus ordo reperitur :* 1. Nullus ordo temporis. 2. Nullus ordo actionis. 3. Nullus ordo officiorum & dignitatis.

II. *Ibi nullus ordo diei & temporis.* Quis enim ordo esse possit in densissimis tenebris æternitatis ? Non ordo diei, quia jani vitæ dies transiit: non temporis, quia tempus non erit amplius. Apoc. c. 10. 6. Post vitæ hujus dies , nox successit perpetua: post tempus breve, æternitas obruit infinita; ideoque confusio omnes & omnia, in Orco involvit perturbatissima. *Ubi nullus ordo.*

III. *Quomodo igitur posset ibi esse ordo temporis ?* Nullus enim ibi est ordo horarum , quia defunt horologia & silent æra campana: nullus ordo dierum, quia sol illic nunquam oritur , semel & temper occidit : nullus ordo mensium,

quia

158 *Domus æternitatis. Consideratio*
quia luna illic nunquam cernitur : nul-
lus ordo annorum , quia cessat cursus si-
derum & aspectus planetarum : nullus
ordo ætatum, ævorum, sæculorum , qui
ibi in confusione & perturbatione ma-
xima , versantur & volvantur omnia
idque in sæculorum sæcula. *Ubi nu-*
lus ordo.

Monitum.

Vide ô homo ! & agnosce cæcitatem
tuam , qui tam exiguam geris cu-
ram nobilissimi temporis. *Nihil*, inquit
Bernardus ad Schol, *preciosius tempore*
Et heu ! nihil hodie vilius invenitur. Tran-
seunt dies salutis Et nemo recogitat, nem
sibi perire diem Et nunquam redditurus
causatur : sed sicut capillus de capite ,
nec momentum peribit de tempore.
quot tu aureas horas otio, ludis , amori-
bus, colloquiis, oblectamentis & pecca-
tis stolidè insumis ! O quanto te dolor
hæc obruent in æternitate ! Quā longa
gatibi accidet illa perturbatione plena
nox perpetua ! Si vel una nox ob corpo-
ris dolores , curásve insomnis , in qua

hor-
tam
aut a
secre
na ;
nun
hor-
amp
I.
per-
gita
gist
hor
ame
nam
acti
cus
hor
ex c
ordo
I
live
stan
ho

horas , & quadrantes ordine numeras,
tam longa videatur ac molesta, ut mensis
aut annus esse putetur : quam longa, ob-
secro, videbitur nox confusa , nox æter-
na ? ad quam nunquam aurora , dies
nunquam sequitur ? Quia annus , dies,
hora , Vesper, mane , & Tempus non erit
amplius. Apoc. c. 10. 6.

14. Augusti.

I. **I**bi nullus ordo operis vel actionis: quia
ex omnium damnatorum mente
perturbata , confunduntur omnia. Co-
gita Civitate in amplissimam, in qua Ma-
gistratus & cives omnes, præ pavore &
horrore , mente moti & quasi siderati,
amentium ritu , circumcursent : quis-
nam inter eos locus & ordo operum &
actionum? Talis urbs, talis regio est Or-
cus, ubi omnes incolæ præ dolore , &
horrore attoniti , rabidi ac furiosi , nihil
ex ordine valent agere : quia ibi , nullus
ordo, sed sempiternus horror inhabitat. l.c.

II. Ac proinde nullæ ibi vigent artes
sive liberales , sive illiberales ; quia ob-
stant dolores & angores : nulla ibi exer-
centur

160 *Domus eternitatis. Consideratio*
centur opifia mechanica ; quia desunt
instrumenta & materia : nulla tractantur
commercia; quia desunt merces & pecu-
nia: nulla reperiuntur honesta conversa-
tionum & recreationum oblectamenta;
quia mera sunt ibi tormenta & odia;
nulla est ibi vicissitudo laboris & que-
tis ; quia labor & dolor est continuus;
nulla ibi est successio somni & vigilia;
quia una longa noctis sempiternæ , sine
omni somno, vigilia agitur.

III. Nullus ibidem ordo, nulla varie-
tas, aut alternatio ambulationis, statio-
nis, sessionis, quia manibus, pedibusque
ligatis, semper in flammis decumbituri.
Non est ibi vicissitudo colloquii & si-
lentii, quia clamor & ululatus perpetuus
percipitur, & lamentatio, comploratio-
que continua inauditur. Nulla est ibi
successio orationis & lectionis, laudis
& benedictionis Dei , quia assiduis diris
ac maledictis imprecationibus & blas-
phemias , in Deum & Sanctos aureo
obtunduntur. O qualis confusio ! qua-
lis perturbatio !

DOCX

Documentum.

SI nolis, mi Lector, aliquando ad confusam hanc amandari Babyloniam, ubi nullus ordo est: fac tibi & serva accuratum diei & negotiorum ordinem; præsertim si in cœtu religioso degas, qui ideo ordinis nomen obtinuit; & si is absit, cætūs religiosi nomen non mereatur. Ordinis observatio, maximum in rebus compendium est & ornamentum. Tolle ordinem in membris humanis, monstrum est. Tolle ordinem in ædificiorum saxis, acervus est, & sic de aliis. Ac proinde amor, cura, observatio ordinis actionum & temporis sit tibi commendatissima: secundum Apostoli consilium: *Omnia honestè & secundum ordinem fiant. I. Corinth. c. 14.40.* Ordina laboris & quietis, studii & orationis, lectio-
nis & scriptionis intervalla:

*Nunc lege, nunc ora, nunc cum fervore
labora;*

*Sic erit hora brevis, sic labor ipse levius.
Sic vitam piam, justam, ordinatam ages,
atque ab Orci confusa perturbatione li-
beraberis.*

15. Au-

15. *Augusti.*

I. **C**onsidera denique qualisnam & pud Inferos esse possit ordo, officii vel dignitatis ; ubi summis odiis, disfidiis, pœnis ac suppliciis, omnia perturbantibus invertuntur omnia : ubi omnes, omnibus exuti honoribus , gradibus dejecti, privati officiis, sunt pares : adeoque nullus est ibi ordo aut gradus regiminis ac dignitatis : nemo illic imperat, nemo alteri paret ; nemo mandat, nemo bonum suadet aut consulit ; nemo obtemperat vel obsequitur : atque hinc est respublica perturbatissima , & confusio universalis , omnis ordinis , maxima. *Ubi nullus ordo. Ubi dolor vermium, ardor flammæ, oculorum lacryma, tenebra sine luce; ubi non est ullus honor, seu agnitus proximi. S. Aug. L. de sal. docum.*

II. Percurre honorata mundi hujus munia & officia , ea que quære in Tartaro ; sed nullum reperies : quia nullus est ibi ordo Reges inter & subditos ; inter Episcopos & Clericos : inter Duces & milites ; inter Prælatos & religiosos in-

ter Consules & cives, inter Dominos & servos, inter Nobiles & ignobiles, inter Crœsos & Iros, inter divites & mendicos: quia summa est ibi ataxia, nulla dominativa potestas, omnium in servitute & subjectione paritas. *Ubi non est honor Regis & senioris, nec Dominus super servum, nec mater diligit filium aut filiam, nec filius honorat Patrem, ubi omne malum, & omnis indignatio, & fœtor & amaritudo abundat.* S. Aug. l.c.

III. Nulla igitur in Orco est personarum in officiis distinctio, nulla prærogativa, nulla prælatio, nulla maiestas, ac dignitas. Jacent & cruciantur permixti, Reges ministris; Domini famulis; Polemarchi stipendiariis; Reginæ pedissequis, Prælati subditis, omnes enim Babyloniam illam flammeam ingressi, mancipantur carceri tartareo, suntque captivi Diaboli, omni gradu & honore exuti, anathematis perpetui fulmine perciti: omnes sunt teterima, vilissima & abjectissima Diaboli mancipia: omnes instar sarmendorum in fasciculos colligati, sine ordine jacent, sine lege cruci-

164 Domus aeternitatis. Consideratio
cruciantur, sine fine torquentur : ubi
nullus est ordo. Sed perturbatio inevita-
bilis, ubi continuus dolor & gemitus, ubi
mors optatur & non dabitur. S. Aug. l.c.

Affectus compassionis.

O Quàm compatior vobis, ô Magna-
tes & potentes ! O quàm condoleo
vobis ô viri illustres & generosi ! qui ho-
nori, exaltationi , plausui , laudi & om-
nium adulationi antè assueti ; nunc om-
nia contraria experiri cogimini. O
quàm triste spectaculum ! intueri Cæ-
res, Reges, Principes, Prælatos, olim ve-
luti Deastros adoratos in terris; nunc pro-
stratos conculcatosque à Dæmoniis ; at-
que ob fastum, superbiam , arrogan-
tiam, omni honore, amore, authoritate
ac potestate privatos. Vidi impium su-
perexaltatum & elevatum , sicut cedri
Libani ; & transivi & ecce non erat : &
quaesivi & non est inventus locus ejus. Psal.
36.35. Sic evanuerunt, perierunt nudi-
date ignominiâ & confusione repleti:
Qui se exaltat humiliabitur. Ascendere
voluisti super altitudines nubium : Ve-
runta.

Augusti 16. 165

runtamen ad infernum detraheris, in profundum laci. Isaiae c. 14. 15.

CONSIDERATIO XVI.

Horror damnatæ æternitatis.

Ubi.... horror sempiternus inhabitat.

Job. c. 10. 22.

16. Augusti.

I. PERpende horrorem Damnatorum
incipere in extremo judicii die; dum
enim electi cum gaudio resurgunt, re-
spiciunt mercedem capita levant, & re-
demptionem appropinquante in præ-
stolantur: reprobi terrore summo com-
plectentur: quantus enim horror erit,
cum videbunt terribilia illa signa in so-
le, luna, stellis & terra? *Et ecce terra*
motus magnus factus est, & sol factus est
niger, tanquam saccus cilicinus: & luna
tota facta est sicut sanguis & stellæ cecide-
runt de celo super terram. Et celum re-
cessit sicut liber involutus, & omnis mons
& insula de locis suis motæ sunt. Apoc.
c. 6. Similia horrenda refert Propheta
Joel. c. 2. *Venit dies Domini, dies tenebra-*

THM

166 Domus aeternitatis. Consideratio
rum & caliginis, a facie ejus contremui-
terra, sol & luna obtenebrati sunt, & stel-
lae retraxerunt splendorem suum, & Do-
minus dedit vocem suam, ante faciem ex-
ercitus sui. Dabo prodigia in calo &
terra, sanguinem & ignem, & vapores
fumi, sol convertetur in tenebras, & lux
in sanguinem, antequam veniat dies Domi-
ni magnus & horribilis. O quis peccato-
rum non horreat?

II. Considera ulterius, non mind
horrenda, quæ minatur Isaías Prophe-
e. 13.9. Ecce, ait, dies Domini veniet, cr-
delis, & indignationis plenus & ira fu-
risque ad ponendam terram in solitudine
& peccatores ejus conterendos de ea.
visitabo super orbis mala. Nec abluc-
Propheta Amos c.8.9. Et erit in die illa
occidet sol in meridie, & tenebrescere si-
ciam terram in die luminis; & conve-
tam festivitates vestras in luctum, & on-
nia cantica vestra in planctum, & in-
cam super omne dorsum vestrum saccum
& super omne caput calvitium, & pen-
eam, quasi luctum unigeniti, & novissim occi-
eius, quasi diem amarum. O quis scelerat hæc
non tremat?

III. Ubi verò reprobitum scelera sua
pudenda, tum signa hæc tremenda con-
spexerint; quis tunc illis sensus, quis ani-
mus erit? Omnes Reges & Principes,
Pusilli & Magni, Mares & Fæminæ ter-
tore pleni, præ timore & confusione la-
tebras quærent, sed frustra. A montibus
& collibus obrui cupient, ne vultum ju-
dicis irati aspicere, sententiamque terri-
bilem auscultare cogantur, sed frustra.
Et Reges terræ & Principes & tribuni, &
divites, & fortis, & omnis servus & liber,
absconderunt se in speluncis & in petris
montium. Et dicunt montibus & petris
cadite super nos & abscondite nos, à facie
sedentis super thronum, & ab ira Agni.
Quoniam venit dies magnus iræ ipsorum
& quis poterit stare? Apoc. c. 6. O quis
poterit stare? Quis præ timore & horro-
re non corruet?

Affectus timoris.

O Peccatores! cogitate, quis tunc
angor, pavor, terror animos vestros
occupabit, & membra concutiet, cùm
elerat hæc omnia evenire videritis? Cùm tanta

Pars III.

H

ia

168 Domus æternitatis. Consideratio
in sole , luna , stellis & terris prodigia
spectabitis : Arescentibus hominibus pri-
timore ? Hinc erunt accusantia peccata;
inde terrens justitia : subtus patens horri-
dum chaos inferni : desuper iratus Iudex
intus urens conscientia : foris ardens mun-
dus : justus vix salvabitur ; Peccator
deprehensus , in quam partem se premet
S. Anselmus. L. de miseria hominis. Ve-
rūm hæc tantūm initia sunt dolorum
hæc sunt præludia terribilium omnium
terribilissimorum , quæ vos exspectant
in gehenna. Cogitate imminentem vo-
bis terrorem & confusionem , quando
Sol obscurabitur : & luna tota erit sicut
sanguis l. c. quasi rubore suffusa ob-
lera vestra turpissima , noctu prælertim
in lectis , ac tenebris perpetrata. Omnia
enim signa hæc eò tendunt , ut de impiis
vindicta sumatur , utque ipsi timori
percellantur , gravioraque supplicia
præstolentur.

17. Augusti.

I. **S**i tantus terror est in limine , qui
erit in ipsa Domo æternitatis ? con-
sidera

Augusti 17.

169

fidera primò Domum hanc, deinde ejus
terribiles incolas, ac denique tormenta
horrenda; & videbis. Horror primò o-
ritur ex loco terribili, omni carcere sub-
terraneo & conclavi spectris infesto, ma-
gis tremendo. Scribit S. Augustinus L.
22. de Civit. Dei c. 8. Virum quendam
Tribunitium nomine in fusalensi terri-
torio Africæ fundum habuisse, à mali-
gnis spiritibus infestatum, qui & anima-
lia & servos graviter afflixerint: sed fu-
sis in loco precibus ferventibus, & obla-
tosacro sancto missæ sacrificio protinus
Cacodæmonum vexationē cessasse. Sed
quid hic fundus ad fundum inferni ter-
ritoris habet; ubi Cacadæmones, longè
atrocius damnatos affligunt, terrent,
vexant, torquent, nec ullis precibus, aut
oblationibus liberatio unquam est im-
petranda?

II. Cogita, si quis inter sceleta, ossa
& crania mortuorum noctu excubans,
timore concutitur, aut si cryptæ sepul-
chrali solus noctu inclusus, aut in arce
nobili, ad cubiculum à lemuribus tu-
multuantibus infestatum, ad dormien-

H 2

dum

170 *Domus aeternitatis. Consideratio*
dum destinatus, ingenti horrore percel-
litur, præsertim si vel minimum videat,
audiatve in tenebris. Quid, quæso erit
in carcere stygio spectris, monstrisque
damnatis referto habitare? Est enim re-
gio horrida, regio extimescenda, terra
oblivionis, terra afflictionis, in qua te-
nebræ palpabiles, umbræ ferales, hor-
rendi damnatorum manes, tristes mortui
imagines & larvæ lethales assiduè an-
oculos versantur. Quælibet autem lac-
va damnata, omni megærâ, furiâ ac mon-
stro, est centies formidabilior. Et tu ip-
se, qui hæc legis, si his annumeratus fu-
ris, tantæ eris turpitudinis, ac monstrorum
deformitatis; ut te ipsum absque horro-
re summo intueri nequeas & tamen ad
id cogeris, nec intermittere poteris, tota
æternitate.

III. Terrorem præ reliquis majorem
incutiunt, aspectus & consortium for-
midabile Diabolorum, omni leone, dra-
cone, scorpione & colubro særiorum.
Perpende, quam sit terribile in loco ho-
rroris & vastæ solitudinis, nihil aspi-
cere nisi hujusmodi monstra abomi-
nanda.

nanda. Cogita, quām dirum, horren-
dumque sit perpetuō habitare & com-
morari in loco, ubi scorpiones stygii ve-
nenum infigant; colubri infernales cau-
das serpentinas agitent, Dracones tar-
tarei horrendum sibilent, & supra om-
nes pardorum rictus, ursorum murmu-
ra, luporum ululatus, mugitus tauro-
rum, leonumque rugitus, territent. O
quis hæc capiat? Quis verbis debitè
explicit?

Admonitio.

O Peccator! qui vel umbras times,
descende crebrò in hunc locum
horroris: descende vivens, ne descendas
mortiens, ut replearis horrore peccati, &
spiritu timoris Domini. *Horrendum*
enim est incidere in manus Dei viventis,
& ad Diabolicum hoc consortium a-
mandantis. O anima! ingredere hanc
speluncam horridam, & lustra singula:
abde te sub terra, & omnia tibi displice-
bunt, quæ sunt super terram. O Domine;
Confige timore tuo carnes meas, à judiciis
enim tuis timui. Psal. 118. 120. Et cùm

172 Domus eternitatis. Consideratio
veneris judicare, noli me condemnare.
Utinam sic te timeret peccatrix anima mea,
quomodo ille vir sanctus, qui dixit: semper
enim quasi tumentes super me fluctus, ti-
mui Deum. S. Aug. med. c. 34.

18. Augusti.

I. Ngentem profectò horrorem incu-
tiunt Dæmones, si eos considere-
mus, prout viri sancti eos nobis ob oculos
statuunt: nimirum oculis scintillan-
tibus, naribus fumum & ignem, fornacis
instar, exhalantibus, ac dentibus terri-
bilibus. Job c. 16. 10. Stygii hujus
vernionis speciem & furorem ita de-
pingit: Collegit furorem suum in me, &
commans mihi, infremuit contra me
dentibus suis hostis meus; terribilibus oculis
me intuitus est. Et c. 41 l. c. Idem gra-
phicè eundem describit De ore ejus lam-
pades procedunt, sicut tæda ignis accensa;
de naribus ejus procedit fumus, sicut olla
succensæ & ferventis; halitus ejus præ-
nas ardere facit; & flamma de ore ejus re-
greditur. O quale monstrum!

II. S. Antoninus in summa Theol. p.

4. tit.

¶ tit. 14. c. 5. Monstra hæc tartarea sic delineat: *Quorum brachia, capita Draconum sunt, quorum dentes, sicut dentes elephantis promicant, & stimulant ad tormenta, ut caudas scorpionum: quorum vocis, ut fremitus leonis, sonant: quorum aspectus, timorem, dolorem & mortem incutunt. Quidam Patrum dixit, quod si quis videret Dæmones in ea deformitate, quâ vident damnati, vivere non posset.* Ita ille. Certè si S. Catharinam Senensem, vel unicus Diaboli intuitus ita terruit, ut in terram corruerit exanimis; quid Diabolorum innumerabilium aspectus faciet?

III. Postremò sciendum; horrorem in damnatis, non oriri solum ex aspectu Cacodæmonum, verùm vel maximè, ex tormentorum, quæ infligunt acerbitate: non enim tantum visum terrent, sed etiam velut hostes implacabiles, velut carnifex, & tortores, omni tigride ac tyranno truculentiores, in damnatos horrendum desæviunt, nullamque occasionem cruciandi & torquendi intermittunt. *Quidquid in Orco tormentorum*

174 *Domus aeternitatis*, *Confideratio
torum est*, *velut torturæ instrumentum
adhibent*; *ut ignes ardentes, vermes mor-
dentes, malleos percutientes, catenasig-
nitas stringentes, clamores, diras minas,
vindictas, maledictiones, idque in om-
nem aeternitatem.* Unde horror ori-
tur sempernus qui damnatos sine fine
cruciat.

Admonitio.

HUc ad sis, juvenis vane & lascive; &
vide, quo horrore luere te opor-
teat, complacentiam & voluptatem il-
lam, quâ facies formosas aspiciendo,
luxuriosè delectatus es: quando & dia-
bolica illa & humana monstra aspicere,
eorumque flagella subire cogeris. Ah!
time peccatum, expavesce ad Numinis
offensam, & nullum Dæmonem time-
bis. Time & horre infernum & securus
eris, nec detruderis in specum, ubi sem-
pernus horror inhabitat. Et ubi, ut au-
S. Bonaventura, *Turbabuntur timore hor-
ribili, propter judicis irrevocabilem sen-
tentiam, propter presentiam horribilium
tortorum, & propter suppliciorum visam
crudelitatem.*

CON.

CONSIDERATIO XVII.

Opprobrium damnatæ æternitatis.

Dabo vos in opprobrium sempiternum, &
in ignominiam eternam, qua nunquam
delebitur. Jerem. c. 23. 40.

19. Augusti.

Considera, quemadmodum horror, ut diximus, ita & opprobrium ignominia & confusio, Damna-
torum incipit in extremo die iudicii: &
deinde continuatur in inferno in æter-
num, nec unquam delebitur. Nam in
novissimo die, omnes mortui resurgent,
atque ante thronum Judicis constituens-
tur: & libri aperientur, in quibus omnia
omnium hominum peccata descripta,
legentur ab omnibus in Valle Josaphat
consistentibus. Et vidi mortuos magnos
& pusillos, stantes in conspectu throni, &
libri aperi sunt. Apoc. c. 20. Ut omnia
scelera pateant & revelentur. Futurum
est enim, ait S. Augustinus L 20. de Civ.
c. 14. Ut per Dei potentiam [ac revelatio-

H §

nem]

176 *Domus eternitatis. Consideratio
nem] cuiusque opera , mira celeritate &
quolibet conficiantur.*

II. Cogita , qualis quantaque igno-
minia & confusio illa sit futura , quando
omnia reproborum crimina etiam oc-
cultissima , toti mundo , cunctisque ho-
minibus qui ab Adamo usque ad Anti-
christum vixerunt , revelabuntur. Nec
solùm , ut docet D.Thomas in 4. sent.
dist. 43. q. 1. a. 5. Peccata illa manifesta
erunt Angelis & Sanctis , verum etiam
Dæmonibus & damnatis. Deinde se-
cundum ea quæ scripta sunt in libris , on-
nes & singuli judicabuntur : *Judicati
sunt mortui ex his quæ scripta erant in li-
bris , secundum opera ipsorum.* Apoc.c.20.
12. O qualis erit in hac revelatione &
judicio confusio ! *Ecce ego congregabo
omnes amatores tuos , quibus commissa
E & nudabo ignominiam tuam coram eis ,
& videbunt omnem turpitudinem tuam.*
Ezech.c.16.37.

III. Perpende singulorum scelesto-
rum confusionem. I. Quæ erit ignomi-
nia , pudor & rubor adulterorum , For-
nicatorum , Meretricum , Incestuofo-
rum

rum & Sacrilegorum, omniumque luxuriosorum, quando omnia illorum sceletia, etiam secretissima, è tenebris ad lucem publicam protrahentur? David audire debuit: *Tu fecisti absconditè, ego autem faciam verbum istud, in conspectu omnis Israel.* 2. Reg. c. 12. 12. Et in conspectu solis. Lucretia rarum romanæ castitatis lumen, ægrè ferens pudicitiæ suæ florem, à Sexto Tarquinio, Tarquinum Romanorum Regum ultimi filio, corruptum, coram marito & cognatis culpam fassa, gladio semetipsam occidit, ignominiaæ impatiens. Hoc lucretia ob unum crimen, quid tot Scorta & prostibula propter innumera? *Videbunt omnem turpitudinem tuam* I.c. II. Quod opprobrium hypocitarum, quando occulta eorum delicta & simulata justitia cunctis propalabuntur? III. Quod probrum, quæ ignominia Judicum iniquorum, Furum occultorum, Sacerdotum clam male viventium, quando omnes eorum nequitiaæ & malitiæ toti cælo, mundo & inferno revelabuntur? Tanta sanè, ut à terra absorberi mallent

178 Domus eternitatis. Consideratio
quām ita confundi. Tunc dicent monti-
bus cadite super nos, & collibus operite nos.
Lucæ c. 23. 30.

Parænesis.

O Libidinosi, hypocritici, cæci, per-
versi peccatores ! qui sat esse cre-
ditis, vivere cauē, licet non castè ; rape-
re, capere, insidiari, persequi strenue-
modò occultè, & clam hominibus. O
quomodo vos deceptos reperietis, in
illa die ; quando libri aperientur, omnia
scelera vestra, toti mundo propalabun-
tur, & secundum ea quæ ipsimet scrip-
sistis ac fecistis, judicabimini ! Aperite,
per Deum oculos, corrigite mores,
emendate vitam, cogitate Deum semper
vobis præsentem, omnia clare cernen-
tem, ac strictè judicaturum. Nisi id præ-
stiteritis, Divinæ Nemesis fulmen certo
certius aliquando sentieris : Dabo vobis
in opprobrium sempiternum, & in igno-
miniam eternam, qua nunquam delebitur.
Jerem. c. 23. 40.

20. Aw

20. Augusti.

IV Idimus præludium confusionum & opprobiorum ; spectemus nunc tragœdiam , & finem non habentem ignominiam, potissimum ex loco infami, & sociis scelestis pœnarum, provenientem. Et quidem Primò confusio maxima oritur ex detruzione in carcerem infamem tot reorum damnatorum. Magna confusio est , dum bellidux aut Polemarchus , coram Rege proditionis convictus, in carcerem detruditur. Magnum dedecus dum latro, homicidiorum reus , publicè carentibus forcipibus vellicatur & in rotam agitur : maximum probrum est dum Princeps vel Rex in probrosam reorum custodiam abstrahitur , aut velut malefactor , publicè in theatro capite plectitur , ut anno 1649. Carolo Angliæ Regi à subditis obturcato , accidit. Sed quid hæc opprobria ad carcerem & pœnam infernale in, confusionemque perpetuam ?

II. Tamerlanus Bajazetem Turcum Imperatorem, bello devictum, cap-

H 7

tum,

180 *Domus eternitatis. Consideratio*
tum, carceri^{que} mancipatum, ferreæ in-
clusit caveæ , eum^{que} vinculum toto
triennio in signum victoriæ circumdu-
ci, omnib^{us}que velut feram quamquam
raram ostendi jussit. O qualis tanti Im-
peratoris confusio ! At quantò major
confusio & ignominiæ macula erit,
quando Monarchæ, Reges, Principes,
Magnates, Nobiles tanquam perduelles,
& læsæ Majestatis divinæ rei, tanquam
infames & proditores, tanquam fures &
latrones , coram toto mundo & cælo
condemnabuntur , in obscurissimum
abyssi infernalis carcerem conjicientur,
& ibidem probris & ignominiis semper
ternis exponentur, idque ut justitiæ divi-
næ læsæ, sic fiat satis ? *Quicunque glorifi-
caverit me , glorificabo eum : qui au-
tem contemnunt me , erunt ignobiles.* I.
Reg. c. 2. 30.

III. Cleopatra Ægypti Regina, mor-
tuo Antonio marito, ubi intellexit, se ab
Augusto in triumphum reservari, causâ
declinandæ ejus ignominiæ, brachium
aspidi mordendum præbuit, vel ut alii
referunt, venenum, quod in acu crinali

gere.

gerebat, hausit, seseque interfecit. Si sic
Regina apprehendit publicam confu-
sionem; ut mortem praelegerit; quant-
opere apprehendent ignominiam, co-
ram toto orbe, sibi irrogandam, in
triumpho Christi, venturi in nubibus
caeli, tanquam throno, & judicaturi ac
debellaturi omnes suos inimicos; Regi-
nae, Principes, Comites, ac feminæ nobi-
les, quando in isto triumpho, velut cap-
tivæ ac reprobæ ducentur & audient:
esurivi & non dedistis mihi cibum, siti vi
& negastis potum; nudus fui, & non ve-
stisti egentem, cum tamen vos auro
gimmis & purpurâ exornaremini. Ite
maledictæ in ignem æternum, paratum
Diabolo & Angelis ejus, cunctisque su-
perbis & misericordia carentibus.

Parænesis.

O Reges & Reginæ, Domini & Do-
minæ perillustres; qui tanto zelo
punctum honoris vestri defenditis: tan-
to ardore minimam vobis illatam ig-
nominiam vindicatis; vel ex hoc discite,
quanto studio & fervore, cavere, atque
impe-

182 *Domus aeternitatis. Consideratio*
impedire debeatis opprobrium in Orco
sempiternum; ne aliquando, vel prop-
ter superbiam, vel propter avaritiam, vel
propter denegatam justitiam, aut mis-
ericordiam, cum summo rubore & pu-
dore detrudamini in ergastulum illud
infame, ubi omnes reprobi & reprobz,
servitute vilissimâ & gravissimâ compri-
mentur; tanquam servi nequam serviliter
punientur, in vilissimo carcere, probro
tenebuntur, & in catenis igneis, velut cap-
tiva mancipia, rigide arctabuntur. Bel-
lovacensis.

21. *Augusti.*

I. *Sicut reorum vel innocentium, ad*
mortem, carceremve condemnata-
torum confusio, augetur ex consortio
sociorum infamium; quomodo Christi
Domini nostri crucifixi ignominia, plu-
rimum aucta est ex Societate latronum:
ita pariter confusio & pudor Damnato-
rum, crescit ex Societate contemptibili
scelestissimorum reproborum. Cogita-
quantum dedecus, quantum vilipen-
dium vir prænobilis aut in dignitate
con-

Orco constitutus sibi irrogatum existimet ;
prop. dum se vel inter condemnata ad trire-
m, vel mes mancipia ; vel inter infames & sce-
misse- lestos prædones in carcerem dejectum
& pu- cernit : & ex hoc collige, quale dedecus,
illud quale opprobrium reputaturus sit vir
robz, illustris, Comes, Princeps, Rex, ubi se ad
mpri- faciem hominum ignominiosorum ac
viliter perditorum abjectum deprehenderit ?

II. Intuere Sedechiam Regem Juda,
Bel. à Nabuchodonosore obsessum, captum,
& erutis oculis Babylonem perductum,
qui in carcere , inter homines linguâ
moribûsque diversos, ignominiosè vi-
tam finivit. Qualis hæc fuit Regis tanti
confusio ! Sed quid erit in inferno , tam
infami omnium scelerorum hominum
custodia ? S. Chrysostomus hom. 1. in
epist. ad Hebræos hoc dedecus decla-
rans ait : Si quis ex iis, qui liberaliter sunt
educati, hîc in carcerem injectus, fœto-
rem solum , & jacere in tenebris , & in
vinculis esse, quavis morte ducit esse gra-
vius ; cogita quid sit, quando urimur, cum
hujus orbis terræ homicidis. Quasi diceret:
hoc omnibus aliis malis intolerabilius
est.

III.

III. Quām triste erat olim spectacu-
lum , videre Valerianum Imperatorem,
Saporis Persarum Regi , equum conscen-
denti , scabelli loco , tergum suum sub-
sternere ? Hujusmodi autem spectacula,
in illa infernali cavea , sunt quotidianae,
& cernuntur assidue , dum Cæsares, Re-
ges, Monarchæ & Principes reprobi, una
cum vilissimis mancipiis , & scelestissi-
mis nebulonibus , à Lucifero, ceterisque
Spiritibus malignis , conculcantur, in
perpetuum contemptum , derisum &
opprobrium. Hujusmodi dedecus per-
pendens B. Isaias Abbas Tom. 1. Bi-
blioth. SS. PP. orat. 2. Ita lamentabatur:
*Væ nobis , qui hīc sine timore nos pec-
catis obstringimus ; quoniam illic nos
ignis æternus excipiet, & vermis, qui non
dormit , & luctus & stridor dentium,*
*Et coram Angelis & creaturis omnibus
dedecus sempiternum ! Væ nobis qui in
isto peregrinationis exilio , detestandas
oblectationes consecutamur , & paradisi
deliciarum obliti, contemnimus regnum
cælorum ! Væ nobis , qui cùm assiduo
conscientiæ , nos reprehendentis stimu-*

los
tion
reco
quo
muri
lis &
susti
O
tiò p
Duc
cisti
hone
do ,
dede
subst
erit M
vita f
nem i
aut b
laxan
super
ongre
Quan
los

los sentiamus, non erubescimus, nec rationem omnium actionum nostrorum reddituri, Dei judicium formidamus! O quomodo erubescemus & confundemur, & quomodo coram Deo, & Angelis & hominibus, dedecus sempiternum sustinebimus?

Admonitio.

O Potentes! ô Magnates! ô Reges & Principes! quis vestrum ista seriò perpendit, & debitè apprehendit? O Duces! ô tribuni! O milites! qui abje- cistis animam & salutem, ut pro puncto honoris, pro imaginario probro vitando, singulari certainine pugnetis: vos dedecus & opprobrium sempiternum substinebitis. Quantum opprobrium erit Monarcharum mundi nullum in hac vita superiorem agnoscentium, & neminem timentium; ideoque aut injustitiis aut bellis injustis, aliisque vitiis frœna laxantium? In illa die visitabit Dominus super Reges terræ, & congregabuntur in congregazione unius fascis. Isaiae c. 24. 21. Quando nimis ob scanda, vel sce-

lera

186 *Domus aeternitatis.* Consideratio
lera sua , Reges & subditi , promiscu Non
colligabuntur, velut sarmenta , aut ziz terre
nia in uno fasce ; ut inseparabiliter ar- bia /
deant ; & confundantur in æternum, dum
absque omni discrimine statu's aut per- muk
sonæ. In veritate comperi , quia non null
est personarum acceptor Deus. Actorum
c. 10. 34.

CONSIDERATIO XVIII.

Lamentationes damnatæ æternitatis.

Scriptæ erant in eo lamentationes, Et car- men Et vœ. Ezech.c.2. 9.

22. Augusti.

I. **Q**uemadmodum in Libro vita Ele-
ctorum , non leguntur scriptu-
alia ; nisi gaudia , lætitiae cantica , festi-
vum alleluja , laus Dei continua , & bene-
dictio sempiterna : ita in libro mortis
reproborum , nihil scriptum est , nisi La-
mentationes Et carmen Et vœ. Quale
verò sint istæ lamentationes , qualia ca-
mina & vœ , in hac vita nemo morte-
lium aut concipere , aut eloqui valet .
Cyrillus oratione de exitu animæ , ait
tan

Non posset ullum hominis os , metum illum,
 terrorēmque declarare : nulla hominis la-
 bia satis magnam vim habent , ad dicen-
 dum illorum statum atque ploratum. Ge-
 munt continenter & sine intermissione ; sed
 nullus est , qui miseretur : vociferantur ex
 profundo ; sed nullus est , qui exaudiat : la-
 mentantur ; sed nullus est , qui liberet : ex-
 clamant & plangunt ; sed nullus est , qui
 commoveatur. O tristis & infructuosa
 lamentatio! Sed audiamus è Damnatis u-
 num, ob pœnas avernales lamentantem.

Damnate dic tu, quām diu

Ardebis igne ? Semper.

Dic ipse, nobis , quām diu,

Cogere flere ? Semper.

Ibunt dies , cum mensibus ,

Annisque saeculisque

Ardebimus , nos , mensibus

Annisque saeculisque.

Ardebit ira Numinis

Per lustra saeculorum ;

Nec spes erit levaminis ,

Nee terminus malorum.

II. Sic lamentantur miseri , & lamen-
 tantur omnes , ob perditum tempus
 gra-

188 *Domus aeternitatis. Consideratio
gratiæ ob præteritum tempus pœnitentiæ & veniæ , ob amissum regnum glo-
riæ , atque ob intolerabiles pœnas ge-
hennæ. Sed causæ damnationis cum
sint variæ , lamentationes quoque sunt
diversæ. Alii enim deplorant turpissi-
mos , in via salutis commissos , à se erro-
res : Ergo erravimus a via veritatis.
Sap. c. 5. 6. Alii clamant præ invidia:
Nos insensati , vitam illorum estimabamus
insaniam : ecce quomodo computari sunt
inter filios Dei. l. c. Alii incusant suam
superbiam : & avaritiam , tanquam rai-
næ suæ causam : Quid profuit nobis Su-
perbia , aut divitiarum jactantia , quid cor-
tulit nobis ? l.c. O tristia lamenta , sed se-
ra nimis. Ita conversæ sunt nuptiae e-
rum in luctum , & vox musicorum in la-
mentum. 1. Machab. c. 9. 41. Sed audia-
mus illos denuò pœnas suas deplorantes
O nos infelices !*

*Nunquam Deum videbimus ,
Amabimusq; nunquam :
Ah ! semper hic ardebimus ;
Nec eximemur unquam.*

FAM:

Famemus? Ignis, ignis est,
 Glutire, quem jubemur:
 Sitimus? ignis potius est,
 Ut hoc inebriemur:
 Videmus? ater ignis est,
 Id omne quod videmus:
 Jacemus? Ignis lectus est,
 Quo perpetim jacemus.

III. Inter cætera, Damnati vel maxime lamentantur, ob omnium gaudiorum & honorum mundi celerem transiit; & commutationem illorum, cum æternitate pœnarum: Transferunt omnia illa tanquam umbra. Sap. 5. O umbra fugiens! ô pœna æternans! ô momentum! O æternum! Recenset his querelas S. Cyrillus loco cit. suprà. Ubi nunc huius mundi jactantia? Ubi inanis gloria? Ubi delicia? Ubi voluptas? Ubi petulantia? Ubi apparatus? Ubi pecunia? Ubi nobilitas? Ubi robur corporis? Ubi falsa illa & inutilis mulierum pulchritudo? Ubi impudentia & infractionata audacia? Ubi vestimentorum comptus? Ubi peccandi impura & frivola delectatio? Transferunt omnia illa tanquam umbra & fumus, nec illo-

rum

190 Domus aeternitatis. Consideratio
rum vestigium est reperire. Sed ehen
successere tot pœnæ perennes, quo fu-
re breves voluptates. Audite lamenta-
tiones.

Non sunt polo tot stellulae,
Nec orbe toto arenae,
Non sunt maris tot guttulae;
Quot hoc in igne pœnae.
Æternitas, sed maximus,
Et hic dolor dolorum:
Quod non sit ullus terminus,
Tam grandium malorum.
Æternitas ô omnium
Mors magna reproborum!
Interminate tristium
Acerve saeculorum!

Petitio gratiae.

L Argire mihi, Domine, indigna-
mulo tuo, gratiam efficacem, qui
duce, non aberrem à veritatis semita;
quâ protegente, non noceat superbia, ad
divitiarum jactantia; quâ roborante,
vincam cuncta mundi, carnisque blandi-
dimenta; qua movente, cor meum du-
rum molliatur ad compunctionem, ad
meritorum Pa-

Augusti 23.

191

Actum & lamenta. Da mihi gratiam la-
rymarum , sicut dedisti Patribus nostris,
quorum vestigia debeo imitari , ut plangam
me in omni vita mea , sicut & ipsi planxe-
runt nocte ac die. S.Aug. solil. c. 36. Ne
tò deveniam , ubi nihil ab aliis audiam;
nihil ipse proferam , nisi tristissimas,
lamentationes & carmen & ve.

23. Augusti.

DEINDE in inferno resonant carmi-
na ; sed merè elegiaca , flebilia,
lugubria ac tristia. Legitur L. i. Regum
c. 4. 13. Et ululavit omnis Civitas. Nimi-
tum tota Civitas Silo , in conditis clamo-
ribus , & miserâ comploratione lamen-
tata est , non solum ob amissam Arcam
Domini , & ob imperfectos Israelitas , Pa-
rentes , Filios , cognatos , amissasque opes:
verùm etiam , quod nihil humani , divi-
niique solatii supereret. Cogita si tantus
exitit ploratus & ululatus in Civitate
ob mortem temporalem charorum , &
damnum rerum terrenarum ; quid fieri
in abyso tartarea , ob detimenta & tor-
menta , omnibus amissis , semperrena ? O

Pars III.

I

qua-

192 *Domus aeternitatis. Consideratio*
quales ibi audientur ululatus, ob pœnam
damni! Quot lamentationes, ob pœnam
sensūs? Quales threni & lessus, quam
lugubria carmina, ibi resonabunt, ubi
Deo & omnibus perditis, nihil aut hu-
mani, aut divini supereat auxilii, sed an-
diamus hæc tristia metra.

Æternus est, æternus est
Rex ille, qui minatur
Infernus est, infernus est,
Crux illa, quam minatur.
Eheu! Quid est aeternitas,
Æterna pœna damni?
Quid tristis hæc aeternitas,
Æterna pœna sensūs?
Ah! est inexplicabilis
Æterna pœna damni!
Nunquamque terminabilis,
Æterna pœna sensūs!

II. S. Ephrem plenus spiritu com-
punctionis, instar turturis ubique gem-
ac mœsta Damnatorum carmina, green-
phicè describit; in Tractatu de tormentis
tis inferni. Tunc ait amarissimè illatio
chrymantes, ejulantesque dicent: O pa-
pæto in negligentia atque torpore tem-
peris nostris

Augusti 23.

193

nostrum transegimus! O quomodo illusius-
mus! O quomodo divinam scripturam au-
dientes, irridentesque, nos ipsos irrisimus!
Ibi Deus nobis loquebatur verba verita-
tis, & non attendimus: hic jam clamamus,
& ipse suam à nobis faciem avertit. Sed
quid clamant? Audite inœsta carmina,
& luctuosa metra.

Clament in illo carcere:

O si daretur hora!

In qua liceret mergere

Fletu, genas & ora.

Semper necabit Tartarus,

Nunquam tamen necabit;

Semper vorabit Tartarus,

Nunquamque devorabit:

Heu! Semper uret Tartarus,

Nunquamque conquiescat:

Semper flagrabit Tartarus

Nunquam focus tepeſcat.

III. Pergit idem S. Ephrem l.c. re-
gensere planctus reproborum: Quid no-
ne illio sepultis] proderunt fines mundi? Ubi-
: O quam qui nos genuit Pater? Ubi que nos pe-
temporit Mater? Ubi Filii? Ubi amici? Ubi

I 2

deli-

194 Domus eternitatis. Consideratio
deliciae? Ubi substantiae & possessiones? Ubi quiete?
turbae? Ubi convivia? Ubi variii & inquietudines?
tempestivici cursus? Ubi Reges atque potentes?
Quomodo à nullo eorum salvari monsumus,
neque vero nobis ipsis opem ferre possumus,
At penitus derelicti sumus, & à Deo, & eis, &
Sanctis ejus. Ideoque perpetua ira et thea-
fulmina ac dolorum flumina nos obstat
ruunt, semper duratura, cessatura
quam. Auscultate tristes strophas.

Aflura semper fulmina,
Et sopiaenda nunquam:
Semper fluunt hæc flumina;
Exhaurienda nunquam.
Bilance justâ pondera,
Hinc semper, inde nunquam;
Sint cordis ista pondera,
Sat ponderanda nunquam.
Semper quid es? Nunquam quid es?
Deo carere semper?
Nunquam quid es? Semper quid es?
Ubi, morisque semper?

Colloquium.

O Anima mea! Tremis utique & horrescis ad tristia adeò carmine hujus

Augusti 23.

195

nes? Ululatus manium damnatorum. Et rectè.
ii Sed ne ea re ipsa in Orco audire cogaris:
e poteris nunc sepi aures tuas spinis, & linguam ne-
ari monquam noli audire. Eccli. 28. Fuge illece-
m ferni brodas mundi sirenes: fuge libros lasci-
Deo, & vos, & amatoria carmina; fuge ob scœna
iræ e theatrorum episodia. Vitam hanc mor-
nos obitalem piè & sobriè, justè & castè transi-
ra nū ge: quia in memoria eterna erit justus, &
ab auditione mala non timebit. Psal. 111.
6. Si secùs feceris; experientiâ ipsâ dis-
ces, quām sint horrenda irati Numinis
fulmina; quāmque amara sint in Orco
dolorum flamina; quæ ibi semper fluunt,
unquam effluunt: ubi nulla consolatio;
sed perpetuum vœ, ululatus, fletus & stri-
derentium. S. Bern. ser. 12. de divers.

24. Augusti.

D Enique post lamentationes & car-
mina, sequitur, vœ eternum;
quod aures Damnatorum vehementer
cruciat: quoties enim aures ferit; pili as-
surgunt; animus horret; & territa ter-
rue & nibili membra tremore tremunt. Vœ
rimini hujus originem exponit Innocentius

I 3

Papa,

196 *Domus aeternitatis. Consideratio*
Papa, dum ait: *Damnatos torquebit angu-*
stia; dum sentiunt se premi à malo instan-
& inevitabili; hinc nascitur desperatio; ex
desperatione furor & odium in Deum &
omnia, quæ Dei sunt, & in seipso, & in
omnes damnatos pœnarum suarum socios:
ex odio autem blasphemie & væ aeternum.
Vellent Deum, si possent perdere, & quia
nocere nequeunt; præ indignatione &
furore quasi disrampuntur; sibiique &
aliis horrendum væ ac blasphemias diras
accinunt, vitia sua plangentes. Sed audi-
te illud væ, ejusque causas.

O Væ superbientibus,
Vestique muricata!
Væ cordibus tepentibus;
Carnique sordidata!
O ira væ! libido væ!
Inpura lingua væ væ!
Væ vœ manus! theatra vœ!
Obscena corda, vœ vœ!
Væ vœ, gulosa prandia!
Cœnæq; delicate!
Tormenta vobis grandia,
Pœnæq; sunt parata.

II. *Verum audite & alias miserorum*

illo.

illorum maledictiones, & imprecations execrandas ; ad quas meritò ambæ au-
restinniant, & comæ erigantur. Sic enim
desperati ordiuntur : Pereat dies in qua
natus sum ! pereat nox, in qua conceptus
sum ! pereat Pater, qui me gennit ! pereat
Mater , quæ me peperit ! pereat terra,
quæ me aluit ! pereat sol, qui mihi illuxit !
pereant damnati, pereant beati ! pereant
Diaboli, pereant Angeli ! pereat Orcus,
pereat Cælum ! pereat Creator , qui me
condidit ! pereat Redemptor, qui me re-
demit, pereat Judex , qui me condemna-
vit ! pereat Deus, qui me torquet & cru-
ciat in æternum ! O maledictiones blas-
phemæ, & blasphemiarum maledictæ : quas
horresco referens ! O diræ horrendæ,
quas cogito tremens ! Interim, sic inten-
tant, & clamitant orci tenebriones.

Væ centies, va millies,
Terra, mari, creatis !
Væ centies, va millies,
Calo, Deo, Beatis.
Va sumptuosis ferculis,
Faedis jocis, tabellis;

198 Domus aeternitatis. Consideratio
Parumq; castis osculis,
Væ turpibus libellis.
Queis cessit ista Civitas,
Captivitas reorum;
Sitis, fames, aeternitas,
Stipendium malorum.

III. Nec minus terribile & execrabile est illud væ, quod toties & sine fine in antro tartareo reboat. Væ mihi mite-ro, visione divinâ æternum privato! Væ corpori meo, incendiis perpetuū addicto! Væ animæ meæ, à facie Dei æternum projectæ! Væ carni blandienti! Væ Mundo seducenti! Væ homini scandalâ præbenti! Væ sirenibus dulciter incantantibus! Væ Dominis diffimulantibus! Væ Parentibus & Magistris non corripientibus! Væ Conscientiæ arbitris, non seriò monentibus! Væ criminum sociis & complicibus! Væ Diabolis sine fine torquentibus! Væ, væ, omnibus peccatoribus! Væ centies, væ millies, omnibus mecum damnatis! Væ millies & millies auctoribus, causisq; meæ damnationis! Seudite tristes nænias, & flebiles jambos.

Væ pellici, væ complici!
 Carnique blandienti!
 Væ Tartaro, væ Damoni!
 Ignique savienti!
 O sulphurata flumina!
 O vortices profundi!
 O ignium volumina!
 Stulti sepulchra mundi;
 Hæc vestra sunt stipendia
 Caro, joci, leporæ,
 Æterna queis incendia.
 Vobis dabunt dolores.

Affectus timoris.

O Christiani! quis non metuat?
 Quis ad torties & sine fine repeti-
 tum vix, non perhorrescat? Si vero ab
 illo terrore liberari cupiatis, illa hinc cri-
 mina fugite; quibus à Spiritu Sancto, in
 sacris literis, vix intentatum est. Timete
 igitur increduli & dissoluti: quia vae
 dissolutis corde, qui non crediderunt. Eccl.
 c. 2. 15. Timete vafri & duplices: quia,
 Væ duplicitate & labiis scelestis. Eccl.
 c. 2. 14. Timete ebriosi; quia: Væ qui
 potentes estis ad bibendum vinum, & viri

I

fortes,

200. *Domus aeternitatis. Consideratio
fortes, admiscendam ebrietatem.* Isaiae c.
§. 12. *Timete, qui aliis scandalum præ-
betis: quia vœ homini illi, per quem scan-
dalum venit.* Matth. c. 18. 7. *Timete O
Deceptores, impostores, hæretici: quia
Vœ qui dicitis malum bonum, & bonum
malum; ponentes tenebras lucem.* Isaiae l.c.
*Timete negligentes, avari & mali Pa-
stores animarum: quia Vœ Pastoribus
Israel, qui pascebant semetipsos.* Ezech.
c. 24. 2. *Omnia ista vœ in sacris literis
signata cavete & timete, atque aeternum
vœ non timebitis.*

CONSIDERATIO XIX.

*Absentia omnis solatii, damnatae ater-
nitatis.*

*Mitte Lazarum, ut intingat extremum di-
gitii sui in aquam & refrigeret linguam
meam.* Lucæ c. 16. 24.

25. *Augusti.*

I. **C**onsidera, pœnas Damnatorum,
omni solatio, etiam vel minimo,
penitus esse destitutas: quid enim mi-
nus, aquæ gutta, digiti extremo adhæ-
rente,

rente, & in linguam aridam, ardenter
que Epulonis spargendâ? Et tamen hæc
denegatur: nec tantillum solatii conce-
ditur, nec totâ æternitate concedetur,
O status miser & miserabilis! *Ubi*, ut in-
quit S. Augustinus, erit nox sine die, ama-
ritudo sine dulcedine, obscuritas sine lumi-
ne: ubi nec divitiae, nec parentes, nec conju-
ges, nee filii, nec vicini poterunt subveni-
re: ubi nihil peccator inveniet, nisi quod in
hoc saculo, castè & justè vivendo, per ele-
mosynarum largitatem transmiserit. Serm.
253. de temp.

II. In hac vita, non reperitur miseria,
qui non aliquid levaminis aut solatii in-
spergatur. Æstus ac paroxysmus febrilis
non nunquam remittit: ignis paulatim
consumitur: fætor thure aut mastiche
corrigitur: fames sedatur cibo; sitis po-
tu extinguitur; labor quiete, ambulatio
lessione, vigilia somno, moribus phar-
maco, vulnus emplastro sublevantur. Sic
quoque in studiis & occupationibus
mentis; amant alterna Camœna. In inter-
no autem nulla variatio, nulla mitigatio,
nulla pœnæ immunitio, nulla suffitio re-

102 *Domus aeternitatis. Consideratio*
peritur : sed omnia supplicia in eodem
statu permanent. Nullus ibi adest, qui so-
letur Pater, nulla, quæ ab blandiatur Ma-
ter ; nullus qui medelam ferat medicus,
nullus qui sublevet amicus: nam damna-
ta æternitas, semper eadem, semper misé-
ra, semper in defectu cuiusvis levaminis
ac solati invariata. O mali constantia!

III. Cogita, ô Christiane ! si æternitas
illa, quæ te exspectat, vocaret te ad con-
vivium, cum iisdem semper ferculis ; an
non talem tibi crearet naufragium; ut in de-
sperationem adduceret ? Populo He-
bræo, manna, continens omnis saporis
suavitatem & varietatem ; quia ad quod
quisque volebat , saporis genus , conver-
tebatur : nihilominus naufragia cœpit esse,
quia semper erat idem : *Nihil aliud respi-
ciunt oculi nostri, nisi manna.* Num. c. 1. b.
Factum est autem hoc murmur secundo
itineris anno ; quid futurum fuisset, post
annos quadraginta ? Collige hinc, quid
futurum sit in æternitate pœnarum, sem-
per eadem, semper integra, sine omni so-
latio semper immutata.

App.

Apostrophe.

O Delicate juvenis ! Tu cui molesta
est concio, varietate & jucunditate
non respersa : imò cui comœdia , jucun-
discarens intermediis , & saltibus arti-
fiosis desipit : quomodo tandem tran-
siges æternitatem infelicem , in iisdein
semper miseriis ac tormentis, sine varia-
tione, sine refocillatione, sine somno,
sine requie, sine morte, sine fine ? Mitte
Lazarum , ut intingat extremum digitus suis
in aquam , ut refrigeret linguam meam.
l.c. Ah ! frustra est tota æternitate, nec a-
quæ guttam, nec solatii micam obtinebis.

26. Augusti.

I. N hac vita , tempus sœpe medetur
malis ; tempus legit dolores & mœ-
tores , cum tempore assuevit puer stu-
dio, novellus faber mallo , colonus sty-
væ, tyro militiæ , religiosus novellus dis-
ciplinæ. Imò ut canit Ovidius L. 4.
Trist. eleg. 6.

Tempore ruricola , patiens fit taurus
aratri ;
Præbet & incurvo colla premenda jugo .]

*Tempore paret equus, lentis animosum
habenis,*

Et placido duros, accipit ore lupos.

*Tempore pœnorum compescitur ira leo-
num;*

Nec feritas animi, quæ fuit antè, manet.

Sed prorsus alia ratio est in inferno; ubi nec damnati pœnis assuescunt; nec leones tartarei iram compescunt; nec dolorum mitigat tempus, nec lenit æternitas; sed potius mala in immensum auget & aggravat: nec ipsa tormenta persecessant, desinuntve, sed in æternum perseverant.

II. In hac vita, nec labor nec dolor, nec malum est; quod non quandoque intermitat, aut interpoletur. Habet enim suas musica pausas, tribunalia ferias, gymnasia vacationes. Habet dies vesperum, hebdomas sabbatum; bella industrias, opifices dies festos laboris expertes & nemo ferè est, qui non interponat suis interdum gaudia curis.

*Nulla dies adeò est australibus humida
nimis;*

Non

Non intermissis, ut fluat imber aquis.
Nec sterilis locus ullus ita est; ut non sit
in illo,

Mista fere duris, utilis herbarubis.
Nil adeò fortuna gravis miserabile
fecit,

Ut minuant nullâ, gaudia, parte ma-
lum. Ovid. L. 4. de Ponto. eleg. 4.

Sed nihil horum reperitur in gehenna:
ubi est labor sine quiete, dolor sine in-
terpolatione, musica horrenda, sine pau-
sa, lites sine feriis, bellum sine induciis,
febris continua sine intermissione, cum
paroxysmo perpetuo, cum siti & ardore
sempiterno.

III. Ollæ ad focum nostrum, nunc
repent, nunc fervent & bullunt, prout
apponuntur ligna, & ignis ardet. Pone
ollam. Ezech. c. 24. 3. Non sic olla vul-
cania inferni, quæ est olla rubiginosa car-
nibus. Rubigo in ea est, & rubigo ejus non
exivit de ea l. c. v. 6. Plena hominibus
carnalibus, perpetuis flammis imposita,
de qua rectè dicitur: Væ Civitati sanguini-
m, cuius ego grandem faciam pyram.

l. c.

206 *Domus aeternitatis. Consideratio*
I.c.v. 9. *Hebræa versio habet, magnum*
faciam rogum. S. *Gregorius M.L.4.* *Dial*
30. *narrat: Virum quendam Sanctum &*
solitarium, vidisse Theodoricum Regem
Gothorum, eâ horâ, quâ defunctus est, inter
Ioannem Papam & Symmachum Patri
tium, quos injustè occiderat, discinctum,
discalceatum, & vincis post terga mani
bis, in ollam vulcaniam, quæ in Lipari
insula est, jactari. Olla hæc Vulcania
non semper ignes & flamas eructat: at
olla stygia semper in octavo gradu, &
summo calet ac bullit, supposita est enim
illi grandis pyra, robus magnus. Vx illi
qui in hanc ollam, in hanc pyram & ro
gum jactatur!

Morale.

Disce hinc Peccator, quam dira sint
gehennæ tormenta, quamque hor-
rendum sit cum Theodoro Rege, in
ollam vulcaniam inferni, manibus ligae-
tis jactari. Cogita si infernus aliud non
foret, nisi grandis olla aut cacabus
braxatoriis, in quo tu cum corpore &
anima coqui deberes in æternum: ad
nobis

non sat horrendum foret tormentum?
 Hæc sæpe meditare: hæc ob oculos po-
 ne, cùm te venus aut pecunia ad peccan-
 dum solicitat: impone paucis momen-
 tis, digitum candelæ aut aquæ in lebe e
 bullienti: ac dicio tibi: si tantus est cruci-
 ciatus aquæ aut candelæ urentis brevis-
 simo tempore; quis erit cruciatus ignis
 gehennæ, ollæ, pyræ & rogi infernalis
 urentis in æternum? Ego pœnitere ater-
 num tanti non emo. Ego modicum mel,
 xterno felle, imò igne, non mercor.

27. Augusti.

Considera montem Ætnam, ac Ve-
 suvium, aliósque montes ignivo-
 mos, non semper globos flamarum,
 aut liquefacta metalla evomere; sed per
 intervalla quiescere, donec vel tellus, vel
 unda, nova ignibus alimenta ministret.
 At non sic ætna tartarea; in qua ignis
 uno semper tenore fligrat: Præparata
 est enim ab heri topheth, à Rege præpara-
 ta profunda & dilatata: nutrimenta ejus
 ignis & ligna multa, flatus Domini, sicut
 torrens sulphuris, succedit eam. Itaæ

C. 30.

c. 30. 33. Adeoque nutrimenta ignis
nunquam deficiunt, nec ignis ardere ces-
sat, quia flatus iræ Dei semper sufflat &
que accendit eum.

II. *Præparata ab heri Topheth.* I. c.
Chaldaicè gehenna. Ex hoc loco Judæi
probant Topheth sive gehennam, à Deo
creatā esse secundo die mundi; quia dies
ille tantum, habuit heri, id est, unum diem
priorem. Verum heri, omne tempus
præteritum significat, & infernus statim
primo die, post lapsum Luciferi & An-
gelorum, conditus est. Cornelius à
Lapide Hebr. 13. 8. & Gen. 1. 4. Heri
ergo significat I. Damnatis tormenta &
incendia semper esse nova ac recentia,
perinde ac si hesternâ die inchoata essent.
II. Donotat æternitatem eorundem;
quia in æternitate, utpote stabili & im-
mobili, quodcunque saeculorum spa-
tium, perinde est, atque dies hesterna:
ideoque quovis æternitatis momento,
tam acer erit ignis gehennalis, ac si ho-
die arderet, & heri cœptus esset incendi.
Quare nihil ad mitigandum valet, tem-
poris mora aut vetustas,

Tabi-

Augusti 27.

209

Tabida consumit, ferrum, lapidemque
vetustas;

Nullaque res majus tempore robur ha-
bet. Ovid. L 4 de Ponto eleg. 8.

Sed in inferno, vetustas nihil consumit,
nihil roboris tempus habet, ad mi-
nuendos cruciatus: omnia enim illic in
primævo statu sine fine perennant.

III. Demum in hac vita, solarium est
miseris, socium habere in pœnis: Ignis
absumpsit ædes; solatio est, non sum so-
lus: grando stravit & vastavit segetes;
solatio est, non solum solus: miles hosti-
lis spoliavit Domum & omnia diripuit;
solatio est, non sum solus ista passus, id-
que aliquantum solatur. Verum con-
trarium evenit in specu tartareo. Tria
sunt infaturabilia, inter quæ est infernus,
ignis verò nunquam dicit sufficit. Pro-
verb. c. 30. 15. Sed quotquot in eum
descendunt damnati semper augent tor-
menta aliorum; præsertim Hæresiarcha-
rum, alios seducentium, aut scandala
præbentium: quot enim hæretici ab iis
perversi, quot à seductoribus seducti,
corrupti in Orcum veniunt, illorum
sup-

210 *Domus eternitatis. Consideratio
supplicia, maledictiones, imprecationes,
& exprobrationes augent, quia Damna-
tionis eorum causa extitêre.*

Morale.

MEmorare igitur, ô Peccator! novi-
simat tua, memorare gehennam; &
non peccabis. O tophet! ô gehenna!
quàm acris, quàm ampla, quàm diu-
turna, quàm insatiabilis, & invariabilis
es! Noli, ô homo! cogitare ex damna-
torum confortio, te gavisurum solatio-
velut enim plures pestiferi in una exiliū
domo: plures tabidi in uno nosocomio;
plures latronis socii ardentes, in uno
rogo, dolorem non leniunt; sed augent,
ac gemitus, ejulatus, lamentationes &
cruiciatus multiplicant: ita pariter inge-
henna, in topheth preparata: nutrimenta
eius ignis & ligna multa. Isaiae c. 30.
33. Ligna multa sunt, corpora damnata-
rum multa; quæ sicut ligna, ignem
non minuant; sed nova nutrimenta
suppeditant, & pœnam aggravant.

CON-

CONSIDERATIO XX.

Desperatio damnatæ æternitatis.

Clausæ est janua. Matth. c. 25. 10.

28. Augusti.

I. **C**AUSA desperationis apud inferos est : quia ipsis *Clausæ est janua*. Scilicet 1. *Janua mundi*. 2. *Janua cœli*. 3. *Janua inferni*. Ternas hasce januas claudit magnus ille judicii dies ; de quo Propheta Joel. c. 2. 31. *Antequam veniat dies Domini magnus*. Erit ille dies magnus I. Quia finem dabit orbi, sceleri, merito & demerito. II. Quia erit horizon temporis & æternitatis ; scilicet ultimus temporis & primus æternitatis. III. Quia magna in eo fient : quando Christus cum omnibus Angelis descendet ad vallein Josaphat , sedens in throno magnifico, judicans omnes homines, quotquot unquam fuerunt , sunt & erunt ; omnia acta illorum exactissimè discutiens , & sententiam æternitatis irrevocabilem ferens. IV. Quia tunc elecī cœlo , reprobi inferno addicentur ;

& clau-

212 *Domus æternitatis. Consideratio*

*Et claudetur janua : magnumque chaos
& intervallum inter illos statuetur, quod
in æternum hos ab illis secludet ; ita ut
impii nunquam sanctos , nunquam cæ-
lum , nunquam Deum visuri sint : sed
carceri perpetuo inclusi , igne cremandi
& assandi , quamdiu cælum erit cælum,
& Deuserit Deus. Clausa est janua.*

II. Ac proinde clausa quoque est
Damnatis janua hujus mundi ; quia illis
nunquam concedetur ad eum redditus.
Facilis descensus averni : sed revocare
gradum superasque evadere ad auras, *Hoc*
opus hic labor est.. Verè canit Poëta. Re-
Etè S. Gregorius L.9. moral. docet Quis-
quis ad toleranda inferni mala descendit;
nunquam ulterius ad lucem redibit : quia
nequaquam ultrà misericordia parcentis
Dei liberat , quos semel , in locis pœnali-
bus , justitia judicantis damnat. *Clausae est*
janua.

III. Ex quo sequitur clausam quoque
esse januam fructuosa pœnitentia ac
peccatorum veniae. O quantam Miseri-
agerent pœnitentiam , si in mundum re-
dire liceret : tantam sane ut & S. Christie

ne mirabilis & S. Wilhelmi Aquitanus
 Ducis, & S. Jacobi Eremitæ pœnitentia,
 omniumque aliorum; umbra solùm pœ-
 nitentiæ censenda foret. Sed ut ait S.
 Cyprianus de Ascens. Non miserabitur
ultra Deus, neque tunc audiet pœnitentes:
 quia tempus miserendi transiit; vindicandi
 advenit. Janua misericordiæ pes-
 sulo immobili obfirmata est. Non parcer
oculus meus super te, & non miserebitur.
 Ezech. c. 7. 9. Sed quare? Quiibi sunt,
 quibus misericordia, jam fecit occasum:
 qui irrevocabiliter in lacum miseriарum
 descenderunt. S. Laur. Justin. de vit.
 solit. c. 10.

Documentum.

O Peccator incurie! pœnitentiam de
 die in diem differens, & cum cor-
 vis, cras, cras clamitans! Ecce nunc tem-
 pus acceptabile, nunc dies salutis: nunc ja-
 nua mundi, janua pœnitentiæ, gratiæ,
 veniæ tibi pater; veniet brevi tempus,
 quando tempus non erit amplius; sed
 cum luctu ineffabili audies, *Clausa est ja-*
nua. Dum ergo adhuc janua patet, ne
 differ,

214 Domus aeternitatis. Consideratio
differ, ne despera ; sed spem concipe, ani-
mum erige ac pœnitentiam age , quan-
tumvis Diabolus te retrahere allabore.
*D*amonum opus est , ut cum animam , in
peccatum dejecerint , tunc eos in despera-
tionem præcipitent, ut perfectè eos perdan-
semper enim Damones dicunt anima:
Quando morietur & peribit nomen ejus
At pœnitens ex adverso clamet : Non mo-
riar sed vivam & narrabo opera Domini
Ita Abbas Isidorus apud Sophron. in
Prat. spir. c. 110.

29. Augusti.

I. **C**ausa deinde est Damnatis omni-
bus ianua cœli : omnis enim spes
illud aliquando ingrediendi , ipsis peni-
tus est præcisa : quia in inferno nulla est
redemptio. Lata est sententia irrevoca-
bilis , adeoque paradisi porta firmiter
occlusa est , totâ æternitate nulli illorum
referanda : uti & porta reconciliationis
porta solatii , porta remedii , felicitatis
vitæ & omnis boni. Atque hinc oritur
desperatio : quia ut ait Præsul Hippo-
nensis L. de spir. & anima *Miseris mon-*

est sine morte , finis sine fine , defectus sine
defectu : quia & mors semper vivet , & fi-
nis semper incipiet , & defectus deficere
nesciet . Mors perimet & non extinguet ,
dolor cruciabit & pavorem non fugabit ,
flamma comburet , sed tenebras non discu-
tiat . Idque sine spe ullius solatii aut le-
minis in æternum .

II. *Clausa igitur est janua spei : quia*
mortuo homine impio , nulla erit ultraspes .
Proverb. c. 11. 7. Omnes miserî , in
omni statu sperant : sed descende ad car-
cerem avernalem , ibi nulla spes : est enim
desertum , arabico aridum magis , in
quo nec filamentum crescit herbæ illius:
nox est ægyptiacâ pejor , in qua nec mi-
nima stellæ spei scintilla emicat . *Clausæ*
est janua spei . Confirmat hoc idem S.
Doctor l. c. dicens : *Reprobi ignibus in-*
fernî traditi , sine fine semper cruciati vi-
vent , sine spe venia & misericordia , quæ eſe
miseria super miseriam . Si enim post tot
millia annorum , quot capillos habuerunt
omnes , quotcunque fuerunt & erunt , po-
nas suas finiri sperarent , multò levius eas
sustinerent ; sed quia spem non habent , nec
Pars III. K habe-

216 Domus eternitatis. Consideratio
habebunt, desperatione deficient & au-
tormenta non sufficient. Vermis eorum non
morietur, & ignis eorum non extinguetur.
Ilaicæ c. 66.

III. Lignum, ait Job. c. 14. 7. Habet
spem, si præcismus fuerit; rursum vives-
cit & rami ejus pullulant. Nota bene,
præcismus: sed si radicitus extirpatum
fuerit; quæ spes reviviscendi, fructus ve-
ferendi? Damnatus lignum evulsum est,
lignum radicibus extirpatum, lignum
aridum & in ignem projectum, qui jure
sibi oggerit: Destruxit me undique, &
perco; & quasi evulsa arbori abstulit spem
meam. Job. c. 19. 10. Sententia lata &
maledictio intentata est: Nunquam ex
te fructus nascatur in sempiternum
Matth. c. 21. 19.

Admonitio.

O Peccator præfidens & imprudens
En finem, ad quem perducit spes
falsa peccantium: scilicet, operandi semper
per malè, & habendi semper bene: per perfec-
tiorandi in peccatis usque ad mortem
& accipiendi pro mercede salutem.

Augusti 29.

217

*S*uplicandi Salvatoris, nova semper vulnera; & exspectare semper, tanquam ex arbore vulnerata, balsamum benignitatis. Audi Ecclesiastici salutare monitum: *Fili non semines mala, in sulcis iniusticie; & non metes ea in septubus.* c. 7.3. Hoc est consilium Divinæ misericordiæ; non semines peccata, & non metes supplicia multiplicata. *Spes enim impiorum peribit.* Proverb. c. 10.28.

30. *Augusti.*

*C*ausa est denique *janua inferni* damnatis; & simul clausa est *janua omnis gaudii*, omnis delectationis, etiam pro minimo tempore, etiam de gaudiis mundi præteritis: obruti enim sunt dannati summâ tristitia semper durante; tum ex consideratione amissæ beatitudinis; tum ex sensu actionis iudicantis, tum ex aliis pœnis, cum hac autem sit spuma tristitia, nullâ ratione jungi potest lætitia: quemadmodum, cum lætitia perfectæ beatitudinis, non componitur tristitia: oppositorum enim eadem sunt ratio.

K 2

II. Quo-

II. Quomodo , inquies, clausa est janua inferni & omnis gaudii,cum Suae aliquod gaudium accidentale (quod S. Thomas in 4. dist. 45. q. 2. phantasticum vocat) admittat in Dæmonibus dum vagantur in hoc aëre, & contra nos bellum gerunt , sæpe victores? Negat tamen ille post diem judicii ullum eis levissimum fore gaudium : tunc enim cessabit illud bellum , & omnis varietas actionum, & omnes occasiones obtinendi desideriorum complementum. Tunc igitur carcer hic, quasi adamantinis series firmabitur , clathris ferreis munietur & repagulis , pessulique æviternis firmissime obstruetur.

III. Clausa ergo est janua inferni quia in hunc puteum averni datur ingressus , sed egressus nunquam conceditur. In hoc mare igneum reprobi immerguntur ; sed emergunt nunquam. *Quia clausa est janua, maximum Damnatis solatum foret mors : sed & ha- denegatur: Mors quaritur , inquit Au- gustinus, & non invenitur. Quare in ferne mors quaritur , & non invenitur*

Q

Quia quibus in hoc seculo vita offertur &
volunt accipere , in inferno, querent mor-
tem & non poterunt invenire. Serm. 253.
de tempore. Igitur morti quoque, ne in-
tret, *Clausa est ianua*. Et hæc est delpe-
rationis causa. Quis enim speret non fu-
turum, quod semper erit ? Aut quis speret
futurum, quod erit nunquam ? Ideoque
desperati illi , velut rabidi canes jugiter
ululant ; velut leones rugiunt ; velut fu-
tiosi homines furunt , maledicunt, diri-
que se devovent : quia ibi miseriae , ibi
tenebrae, ibi ordo nullus, ibi horror æter-
nus, ibi nulla spes boni , ibi præsentia
omnis mali.

Affectus spei.

O Domine , spes salutis meæ ! haud
dubie, milleni & milleni ardenti in
gentina, qui toties te non offendiderunt,
atque ego : & cur ardent illi, & non ego ?
Illi clausa est janua cæli & inferni , &
cur non mihi ? *Misericordia Domini, quia*
non sumus consumpti. Quod post primum
lethale delictum , post decimum , post
centesimum aut millesimum , non sim-

120 Domus aeternitatis. Consideratio
eò detrusus, tua est misericordia. Mis-
ericordias Domini in aeternum cantabo.
Dominus illuminatio mea & salus mea,
quem timebo? Dominus protector um-
mea, à quo trepidabo? Psal. 26. 4. In-
Domine speravi, non confundar in aet-
ernum. Tantum rogo te, & per omnia sa-
cra, obtestor te: Non absorbeat me pro-
fundum, neque claudat super me putem
[infernalis] os suum. Psal. 68.

CONSIDERATIO XXI.

Occupatio damnatae aeternitatis.
Non habent requiem, nec die, nec nocti.
Apoc. c. 14.

31. Augusti.

1. C onsidera damnatos, nec die, nec
nocte ullâ frui requie, sed semper
esse occupatos; ita ut non sit futurum
momentum in omni aeternitate, quo ipi
non sint futuri in actione & occupa-
tione. Non habent requiem, nec die nec nocti.
At quænam obsecro illorum est occupa-
tio? eheu, impia, inœsta, deploranda ac
detestanda: varias jam antè sparsim re-
censu-

ensuimus; sed juvat eas h̄ic colligere atque unā recensere.

II. Occupatio prima est, sustinere tam in corpore, quām anima imminentes dolores; idque sine omni levamine, interruptione, cessatione, aut commiseratione. Ex quibus oritur odium, furor, rabies inexplicabilis, utpote in animo concitato ac perturbatissimo. *Frement & tabescent.*

III. Secunda occupatio est, ut hoc odium, furorem, rabiem, damnati omnib[us] possibili malitia effundant in Deum optimum, maximum; in omnem ejus maiestatem & perfectionem; in omnem ejus bonitatem & charitatem, in justitiam & misericordiam; in sapientiam & providentiam, in potestatem & voluntatem, in omnia ejus benefacta & beneficia: quæ cuncta velleut perdita, destruta, atque in nihilum redacta.

Affectus amoris & laudis.

HÆC est pœna vestra ô damnati! ut quia Deum non amastis in Mundo, neque eum diligatis in Orco. Di-

222 Domus aeternitatis. Consideratio
lexistis creaturas plus, quam Deum; ideo
abominabiles facti estis, sicut ea quae di-
lexistis. Ne vero id mihi quoque acci-
dat, diligam te Domine fortitudo mea,
in omni vita mea. Amo te Deus meus,
amote, & magis atque magis amare te vo-
lo: Da mihi Domine Deus meus, speciose
præfiliis hominum, ut desiderem te; ut re-
mem te, quantum volo & quantum debo:
immensus es & sine mensura debes amari,
præsertim à nobis, quos sic amasti, sic sal-
vasti, pro quibus tanta & talia fecisti. S.
Aug. man. c. 10. Cùm vero damnati bi-
lem suam in te evomant; ego te laudabo
& glorificabo: Latabor & exultabo in te,
psallam nomini tuo altissime. Psal. 9. Fubi-
tate Deo omnis terra, psalmum dicite no-
mini ejus, date gloriam laudi ejus. Psal. 65.

I. Septembri.

I. **T**ertia Damnatorum occupatio est,
horrendas, impias & infernali
quoque statu indignas, in Deum blas-
phemias eructare, ut docet S. Thomas 2.
2. q. 13. a. 4. blasphemare potentiam, sa-
pientiam, bonitatem, justitiam & Maje-
statem

statem divinam nec unquam ab eo cef-
fare : nunquam cupere Deum videre ;
imò visionem ejus execrari , Deum re-
spuere, nolle eum existere, nolle bonum,
nolle justum esse , velut in injustum de-
bacchari, & tanquam malum, pessimum-
que detestari. *Quorum os amaritudine &*
maledictione plenum est. Psal. 13.4.

II. Quarta occupatio est Christum
Redemptorem nostrum , ejusque Ma-
trem pretiosissimam odio prosequi exe-
crari, blasphemare , à beneficiis abhor-
rere, eaqué abnegare. Odisse Sanctos,
illis invidere, illis insultare, exprobrare
laplus , dolere de inventa apud Deum
gratia, ac peccatorum venia : fugillare
eorum , pro Deo & Christo labores.
Odisse Christi incarnationem , vitam,
passionem, mortem, virtutes, merita, glo-
riam, fidem, doctrinam, Sacra menta,
Ecclsiam , & quidquid est salutis, sancti-
tatis, benedictionis in Redemptore , ac
redemptione execrari, detestari & odio
infectari. *Venenum aspidum sub labiis*
eorum. Psal. 13.4.

III. Quinta occupatio est maledicere

K. 5

per-

224 *Domus aeternitatis. Consideratio
perpetui creata omnia.* I. Cælum &
omnia, quæ cæli ambitu continentur. II.
Terram & maria, cuncta que in illis con-
tenta. III. Infernum quoque & omnia,
quæ in eo reperiuntur tormenta, ignem,
sulphur, fumum, fætores, fæditates, cla-
mores, vermes, horrores, cunctosque
dolores. O damnati! secundum duri-
tiam vestram, & impoenitens cor ve-
strum, thesaurizastiis vobis iram, in die
iræ. Rom. c. 2. Hanc modò corde co-
quitis, ore evomitis; sed in opprobrium
vestrum sempiternum & perenne tor-
mentum. Posuerunt in cælum os suum:
E nequitiam, in excelso [contra Altissi-
mum] locutis sunt. *Psal. 72.9.*

Suspiria laudis.

O Domine Deus benignissime! O
Redemptor amantissime! quem si-
delem servum & dilectum filium, tam
horrendæ damnatorum blasphemiae &
maledictiones; ad te laudandum, &
magnalia tua glorificandum, non exci-
tent? Ego, ex toto corde meo, laudo po-
tentiam tuam & dico. *Magnus Domi-*

nus

Septembris 1.

225

nus & magna virtus ejus. Psal. 25. Lau-
do sapientiam tuam : Quam magnificata
sunt opera tua Domine, omnia in sapien-
tia fecisti. Psal. 103. Laudo bonitatem
tuam & misericordiam tuam : Confe-
mini Domino, quoniam bonus: quoniam
in saeculum misericordia ejus. Psal. 106.
Laudo justitiam & sanctitatem tuam :
Justus Dominus in omnibus viis suis, &
sanctus in omnibus operibus suis. Psal. 144.
Laudo celsitudinem , excellentiam ac
majestatem tuam : Dominus excelsus, ter-
ribilis, Rex Magnus super omnem terram.
Psal. 46. Utinam Domine, omnes Infe-
terum fœtentes blasphemias & maledic-
tiones , dignis laudibus & benedictio-
nibus abolere , compensare & suffire va-
leremus in odorem suavitatis !

2. Septembris.

I. **S**exta reproborum in Orco occupa-
tio est , odiſſe & ejurare omne bo-
num, sive Dei, sive Christi, sive Sancto-
rum, sive hominum viventium , sive
damnatorum , sive suum proprium.
Odiſſe suam vitam, suam animam, suam

K 6

perfo-

226 *Domus eternitatis. Consideratio personam, suum corpus. Odiſſe omnia sua bona opera in vita peracta, odiſſe virtutes proprias, odiſſe peccata propria non ad pœnitentiam; sed ad furem & rabiem. O malitia & pervicacia abominanda! Odi iniqua oderunt me gratis.*

II. Septima occupatio est, non solum odiſſe seipsum; verū etiam Cacodemones, & omnem nequitiam eorum. Odiſſe impios, & omnia scelera ac supplicia eorum: odiſſe eorum creationem, conceptionem, nativitatem, ætatem, vitam: odiſſe omnem occasionem ad bonum, ad salutem, ad peccatum, ad malum, ad damnationem: odiſſe omnem peccatorum suorum materiam, socium, magistrum, complicem, imitatorem. Odiſſe omne peccandi tempus, horam, diem, locum, modum voluntatem, segementum, auxilia & fomenta. O odium malignum! ô virus detestabile! Odi habetis bonum, & diligitis malum. Michæx c. 3. 2.

III. Octava denique occupatio infelicissimorum illorum est, desperare, desperatè agere, desperatè vivere, vociferari,

rari, furere, rugire, rabire, ejulare, flere, dentibus stridere, concuti timore & tremore; eò quod prorsus de salute sua, de ullo bono, & de malorum suorum fine desperent. *Desperata est plaga ejus.* Michæ c. i. 9. Norunt enim infelices, æternitatis invincibili repagulo, obstructa esse omnia. Ecce hæ sunt occupations eorum perpetuae, quos tetra æternitatis abyssus absorbuerit: hi sunt labores, qui eos sine fine occupabunt ac defatigabunt. O occupationes execrabilis! ò labores damnabiles!

Parænæsis.

Quisquis es, ô homo! expende ista, corde tuum fideliter, tum attento; ac delige, quam tibi evenire velis æternitatem, ejusque occupationem. Tua res agitur: tua solius interest; nemo pro te; sed tu in persona tua, aut beatus, aut miser æternum eris. Horrendum est ejusmodi odia ac maledictiones legere; sed magis horrendum in perpetuum ea audire, & maximè horrendum ea simul effutire. O Ecclesiastes! O conscientia

228 Domus æternitatis. Consideratio
tiæ Arbiter! ô Pastor! si omnibus tuis la-
boribus & occupationibus, efficere va-
leres; ut vel una anima non odisset, non
malediceret ac blasphemaret Deum
suum in æternum: an non infinitas ma-
ledictiones & blasphemias impedires?
Et an non hæc, omnium hominum pec-
cata in hoc mundo, uti & laudes, nume-
rò longè superarent? O igitur labora,
Clama ne cesses, quasi tuba exalta vocem
tuam, & annuntia populo meo scelera eo-
rum. Isaiæ c. 58. 1. ut convertantur &
vivant nec cum reprobis, Deum male-
dicant in æternum.

CONSIDERATIO XXII.

Mors perpetua damnatae æternitatis.
Desiderabunt mori, & mors fugiet ab eis.
Apoc. c. 9. 6.

3. Septembris.

I. Perpende, cur Daminatorum vita,
non vita, sed mors potius sit nun-
cupanda. Causam assignat S. Augusti-
nus L. 13. de Civ. c. 2. dicens: In damna-
tione novissima, quamvis homo sentire non
desi-

desinat; tamen quia sensus ipse nec voluptate suavis, nec quiete salubris, sed dolore pœnalis est, non immerito mors est potius appellata quam vita. Deinde considera qualisnam mors in ergastulo illo tartareo reperiatur: scilicet mors secunda; quæ ad primam mortem nostram, & ad mortem peccati, subsequitur: estque mors amara, mors viva, mors horrenda ac perpetua. De qua potius, quam de morte temporali exclames, cum Ecclesiastico c. 41. 1. *O mors, quam amara est memoria tua!* quia fellis & amaritudinis mare immensum continet. Cogita quam amara sit memoria mortis in eis, ad furcam deductis: & ex ea amarorem mortis perpetuæ, collige. Videlis, ait S. Chrysostimus; aliquando ad mortem quosdam adduci: quem putatis illis esse animum? viam istam ad portam usque incedentibus, quot mortibus non gravorem? Quid non mallent & facere & pati, ut ab illa animi caligine & obnubilatione liberati essent? Ego multos, qui post deductionem revocati fuerant, ad regiam clementiam, dicentes audi;

230 *Domus æternitatis. Consideratio
divi : se neque homines velut homines
vidisse , quod animo fuissent, summope-
re perturbato , perculso & stupefacto.
Si ergo corporalis mors usque adeò
nos perterrefacit, quando æterna illa ad-
venerit, quid patiemur ? Tom. 4. Hom. 8.
In epist. 1. ad Thess. c. 4.*

II. Amara fuit mors Antiochi, Regis
superbi, impii & idololatræ : qui è curu-
lapsus, membra collisit , vulneratus, at-
que à Deo punitus est ; ita ut vermes de
corpore impii scaturirent , ac viventis in
doloribus , carnes ejus effluerent ; odore
etiam illius & fætore exercitus gravare-
tur ; & quem nemo poterat portare ob in-
tolerantiam fætoris , quem nec ipse ferre
poterat. Atque ita fætentem animam
exhalavit. Lib. 1. Machab. c. 9. Amara
quidem huic regi scelesto , accidit fœda
hæc mors : verumquam brevis , quam
levis, immò quam amœna censenda est, si
cum morte secunda , cum morte Stygia
componatur ? Hæc enim durat in flam-
mis, persistit in tormentis, continuatur in
pœnis & cruciatibus horrendis.

III. Amara quoque mors extitit Agag
Re-

Regis Amalecitarum , qui cùm se interficiendum cerneret, & offerretur Samueli tremens ; dolore & angore plenus vociferabatur *Siccine separat amara mors?*
1. Reg. c. 15. 32. *Et in frusta concidit eum Samuel coram Domino in Galgalis.* Verè amara mors , quæ Regem separat à conjugi, liberis, ministris, famulis, amicis, subditis, honoribus, divitiis , & voluptatibus omnibus hujus vitæ. Verùm quid hæc mors amaritudinis habet , si cum morte Damnatorum amarissima & luctuosissima conferatur ? Sanè omnis hic amaror & quasi gutta ad oceanum, arenula ad mundum universum. Amaritudinis enim finitæ ad infinitam, nulla est proportio.

Apostrophe.

O Mors secunda , minimè secunda ! quia mors peccatorum pessima : quam amara est memoria tua ! sed longè amarior est tui experientia ; at amarissima in inferno, continuatio & duratio tua perpetua. Profectò horrendum est incidere in manus Dei viventis. Hebr. c.

10. 31.

232 Domus eternitatis. Consideratio

10. 31. Et tremendum est incidere in
fauces mortis semper viventis, nunquam
morientis. Ne in has incidas, O pecca-
tor! pœnitentiam age, fac tibi planctum
amarum. Jerem. c. 6. 26. Quia ama-
rum est reliquise Dominum. Jerem. c. 2.
19. Amarissimum mori & non emori in
sempiternum.

4. Septembbris.

I. Mors damnatorum amara, quia
angore & dolore plena. Si vidi-
sti aliquando hominem robustum vel in-
lesto, vel in aqua, vel in igne, vel in fur-
ca, dire cum morte luctuantem, sudan-
tem, trementem, frementem, palpitam-
tem, cumque angustiis maximis in ago-
ne ultimo certantem; umbra putata,
spectu mortis infernalis. Nec tamen,
in tantis angustiis, Deus ullâ ipsorum
commiseratione tangitur. Ratio est: quia
Deus in hac vita, proposuit ipsis mortem
& vitam; sed illi sponte elegerunt mor-
tem, peccatum & infernum: quare me-
ritò nunc eos irridet & subsannat. In
interitu vestro ridebo. Proverb. c. 1. 26.

Septembris 4.

233

Illos autem Dominus irridebit. Sap. c. 4.

18. Dominus subsannabit eos. Plal. 2. 4.

Quin & ego plandum, ait Dominus, manu
ad manum, & implebo indignationem
meam. Ezech. c. 21. 17. O amara irrisio &
subsannatio! o plausus deplorandus!

II. Percurre animo tuo mortes pro-
brofas, violentas, anxias, crudeles Regum
impiorum, ac totidem imagines stygiæ
mortis adumbratas habebis. Julianus
Apostata in prælio, vel ab Angelo, vel à
Dæmone transfixus est. Teste S. Grego-
rio Nazian. orat. 1. Valens Imperator,
à Gothis, in tuguriolo rustico concre-
matus est. An? Stasius fulmine improviso
ambustus & imperfectus est. Zeno ab
Ariadne uxore vivus sepultus est. Con-
stantinus cōpronymus moriens ac tre-
mens exclamavit: Vivus adhuc sum ig-
ni inextinguibili traditus. Taceo alios
Imperatores, Reges, Principes, ethnicos,
hæreticos, impios, morte crudelissimâ è
vita expulsoſ. Et ecce, quot horum neces-
tot mortis tartareæ umbras habes.

III. Idem cogita de mortibus Hære-
siarcharum: horum enim primus Simon

Ma-

234 *Domus eternitatis. Consideratio*
Magus, ad preces Sanctorum Petri &
Pauli, Nerone præsente, ex aëre inter-
ram præceps corruit, crura fregit, ac
paulò pòst miserè interiit. Hæresiarcha
Montanus, laqueo, velut alter Judas, se-
ipsum suspendit. Manes sive Manichæus
à Persis vivus excoriatus est. Arius dy-
fenteriâ laborans, viscera cum excre-
mentis effudit. Nestorius, lingua à ver-
mibus exesâ, miserè periit, Lutherus post
vespertinam crapulam, noctu suffocatus
est. Calvinus morbis acutissimis, colicâ,
hæmorrhoidibus, febri, asthmate, he-
micraniâ, pituitâ, sanguinis vomitione,
ac tandem pediculis undique scaturien-
tibus, miserè interiit. [Authores & testes
vide apud Le Blanc in psal. 33. v. 22.] Et
amaras & miseras horum omnium mor-
tes, cum morte Damnatorum perenni, &
atrocissima confer: & aliud nihil nisi lu-
dum ac jocum esse videbis.

Apostrophe.

O Peccator! Imaginare tibi, quasi
jam sepultus esses in inferno, & cum
morte perpetua luctareris. O quis an-

gor,

gor, quis dolor, quis pavor, tremor, hor-
ror te occupat ! Et in his angustiis in-
explicabilibus positus, solatum quæris.
Sed quo te vertes ? An cum Epulone ad
Patriarcham Abraham ? An , cum piis
clientibus, ad Beatissimam Virginem, aut
Sanctos Patronos ? Ah ! Non est jam am-
plius tempus misericordiæ ; sed justitiae
ac vindictæ. An ad Sanctos Angelos? Hi
Clamant : Curavimus Babylonem & non
est sanata , derelinquamus eam. Jerem.
c. si. 9. An ad Christum Redemptorem
tuum ? Sed ille oggerit: Quoties volui te
congregare sub alas meas , sicut gallina
congregat pullos ; sed noluisti : extendi
manum meam & despexisti : quare in in-
teritu tuo sempiterno ridebo. O igitur
sic modò vive , ut semper vivas & morte
non moriaris æterna !

5. Septembris.

DEnique ut clariùs videas , quām
amara , & horrenda sit in Orco
mors æterna : cogita Deum omnipoten-
tiā suā, in unum colligere omnes dolo-
res, angustias, cruciatus, luctus, agones
omnium

236 *Domus eternitatis. Consideratio*
omnium pereuntium in diluvio mundi
omnium igne sulphureo absumptorum
in pentapoli ; omnium SS. Martyrum,
omnium reorum supplicio affectorum,
imò omnium mortalium, quotquot ab
Adamo, usque ad hunc annum 1712.
quo hæc scribo , imò usque ad finem
mundi mortui sunt ac morientur. Dein-
de cogita te hodiernâ die hæc omnia to-
lerare ; crastino verò in Inferno mortem
damnatorum gustare ; crede mihi, om-
nia ista, respectu hujus , non nisi punctu-
ram acūs esse, verè asseverares. O quām
igitur horrenda,quām tremenda es xter-
na mors! Rationem quæris ?

II. Est enim mors viva : est vita sem-
per moriens , & mors semper vivens:
hanc autem tolerare sine fine, sine cessa-
tione, quis capere, quis explicare valet?
Mors depascet eos. Psal.48. 15. In qua
verba Doctor mellifluus: *Mors depascet*
eos,quia semper moriuntur ad vitam, &
semper vivunt ad mortem. Serm. 2. de
trip. cust. Ut mors eis adsit ad supplicium,
& desit ad finem , inquit S. Augustinus L.
19. de civ. c. 2. Adstipulatur his M. Gre-
gorius,

Septembris 5.

237


gorius, L. 15. Moral. Luet, ait, qui fecit mala, & non consumetur: quia cruciatur & non extinguitur, moritur & vivit, deficit & subsistit, finitur semper & sine fine est. O dura! ô nunquam præteritura aut interitura mors!

III. In paradiſo, ut docet Magister sententiarum in 2. dist. 19. habuit ho-
mo, posse non mori, quia poterat non peccare. In cælo habebit, non posse mori,
ob gloriā & dotem imp. fabilitatis. In
hac vita: posse mori, & non posse non mori.
Sed in inferno, quid habebit? Mori &
non posse mori. Id est semper mori, &
nunquam emori posse, aut mortem fini-
re. Perpende hoc bene, ô homo! si mors
triduana, ejusque agon & lucta, omnes
ad compassionem movet intuentes; quid
erit lucta mortis avernalis, non triduana,
non menstrua, non annua, non sæcularis;
sed sæculorum infinitorum? O quis non
horreat? Talis autem est mors mis-
tis in gehenna; mors sine morte, finis
sine fine, quia ibi mors vivit, & finis
semper incipit.

Apo-

Apostrophe.

O Mors dura, mors amara, mors vi-
va, mors æterna, mors perpetua
lacrymis deploranda ! Quis cor adeo
chalybeum habet ; ut te non reformi-
det ? O mors immortalis, quanto dul-
ciores es, si vitam adimeres ! Sed in die-
bus illis, quærent homines mortem, & non
invenient eam ; desiderabunt mori, &
mors fugiet ab eis. Apoc. c. 9. 6. Et
tamen mors hæc terribilis, tibi, ô Pec-
cator ! & omnibus in crimen lethali
morientibus, est certissima. Morere
ergo, si sapi, in tempore, ne moriaris
in æternitate : morere tibi, morere pro-
priæ voluntati, peccatis, vitiis & con-
cupiscentiis tuis ; si mortem semper vi-
ventem experiri nolis, quam nihil pejus
aut gravius reperiri potest : nam teste S.
Augustino : *Nulla peior, nulla gravior*
mors, quam ubi non moritur mors.



CON

CONSIDERATIO XXIII.

Plagæ damnatæ æternitatis.

Mittam omnes plagas meas super cor tuum. Exodi c. 9. 14.

6. Septembris.

IN hac consideratione perpendemus denas Ægypti plagas, tanquam totidem peccatorum diversi generis poenas, nec non suppliciorum infernalium præludia ac symbola. Plaga prima fuit, *conversio aquæ fluminum in sanguinem*: unde aquæ putrefactæ, pisces mortui, Ægyptiique aquam bibentes afflitti. Exodi c. 7. 17. S. Augustinus Tom. 9. in tractatu de convenientia decem plagatum Ægypti, cum decem Decalogi præceptis, ait. *Aqua convertitur in sanguinem, id est Deus in idolum commutatur.* Ægyptii enim, ceu homines carnales & insipientes, Majestatem gloriamque Dei, lapidibus ac bestiis attribuerunt: hinc poena sanguinis, poena discordiæ, in intima viscera serpentis. Applica hoc damnatis, qui creaturas & ventrem suum,

Pars III.

L pro

240 *Domus eternitatis. Consideratio*
pro idolo habuerunt: *Quorum Deus ven-*
ter est. Ad Philip. c. 3. 19. Ideoque jure
merito cum idololatris in inferno æter-
num ardent; odiis & discordiis perpetuis
agitantur; crux, felle, & absynthio,
spidumque veneno potantur.

II. Secunda Ægyptiorum plaga est
ranarum. *Ascenderunt ranæ, operue-*
runtque terram Ægypti. Exodi c. 8. 6.
Ranæ hæ omnes sensus cruciabant: vi-
sum magnitudine suâ & deformitate.
Auditum assiduâ suâ, molestaque co-
axatione. Gustatum esculentorum &
poculentorum conspurcatione. Odo-
ratum teterimi odoris exhalatione. Ta-
ctum manuum, pedum, & faciei inva-
sione & occupatione. Ex mente S. Au-
gustini l. c. Per ranas, clamosi, verbosi,
garruli, maximè autem hæretici indi-
cantur. *Qui Christianæ veritati contra-*
dicunt, ranæ sunt, ait. l. c. & rixis, tunau-
tibusque ex discordia ortis, colliduntur.
Tales ranæ sunt omnes damnati, qui hic
secundum Decalogi præceptum viola-
runt, hæreses severunt, discordias semi-
narunt, rixas, tumultusque excitarunt
ideo-

Septembris 6.

241

ideoque apud inferos , omnes eorum
sensus puniuntur , & perpetuis odiis,
tixis , tumultibus ac discordiis exfa-
perantur.

III. Plaga Ægypti tertia est *Ciniphum*.
Percussit quoque pulverem terræ , & facti
sunt *ciniphes* , in hominibus & jumentis.
Exodi c. 8. 17. S. Augustinus plagam
hanctertio apponit præcepto , qua ju-
bemur sabbathum sanctificare , & quie-
tem habere. *Ciniphes* autem signifi-
cant homines inquietos, contentiosos,
tixosos , qui & pacem suam & alienam
perturbant. His *Ciniphibus* similes sunt
damnati ; qui dum hîc sabbatha viola-
runt , requiem piam sanctamque nolue-
runt ; lusibus , potionibus , Choreis,
aliisque vitiis , festivis diebus vacârunt;
hinc in Orco , curâ , solicitudine & in-
quietudine in æternum cruciantur.

Documentum.

O Homo ! Si vis ad vitam ingredi,
serva mandata. Si vis plagas & in
hac vita temporales , & in altera perpe-
nas evitare ; curre viam mandatorum

L 2

Dei;

242 *Domus aeternitatis. Consideratio
Dei; alias, veluti Ægyptii, à Deo in om-cep-
nibus sensibus h̄c puniti sunt; sic & tu ho-
in iisdem in tartaro plecteris. Illi sunt cor-
puniti in visu per tenebras & spectra; in que-
auditu per tonitrua; in gustu per sitim &
potum sanguinis; in odoratu per fæto-
rem ranarum; in tactu per dolorem ul-
cerum, & morsum ciniphum; denique
in phantasia & mente per continuum
mœrorem & terrores multiplices. Tu mos-
verò si in sceleribus tuis, vitam finiveris,
omnia hæc & singula in inferno, decu-
plo gravius, & sine fine experieris. Omnis
dolor irruet super eum. Job.c.20.22.*

7. Septembris.

I. **P**laga quarta Pharaonis & Ægyptiorum, est plaga Muscarum. Et non
venit musca gravissima. Exodi c. 8. 24. In
Idest plurima ac molestissima: quæ in
aures, nares, os, faciem, omnésque partes
corporis sese ingerebat, summâ cum
importunitate atque dolore. Tales mu-
scæ, & cœnomyiae, ex mente S. Augusti-
ni, [qui leget cynomyias, id est muscas
caninas] sunt violantes quartum pra-
ceptum.

nōceptum: seu parentibus obedientiam,
 & tu honorem & amorem denegantes, eos
 li sunt contemnentes, graviter offendentes, at-
 tra; in que ad iram provocantes. Et quid ejus-
 itim & modi inobedientes filios & filias casti-
 ficiantur? Muscæ caninæ: id est,
 iræ & odia, execrations & diræ, quas
 enique contra parentes evoment, & contra se-
 inuum ipsos; quibus æstuabunt, se invicem
 . Tu mordebunt, exprobrabunt, maledicent
 niveris, ac laniabunt in perpetuas æternitates.

, decu. II. Plaga quinta Ægyptiaca, est pe-
 Omnis sis & interitus animalium. Manus mea
 2. rit super agros tuos, & super equos, oves
 & boves. Exodi c. 9. 3. Hæc plaga ab
 Augustino opponitur quinto præcepto,
 Ægyp. Non occides. Eâque plectuntur Ægyp-
 um. Eii tanquam infanticidæ. Deinde peste
 8. 24. & interitu animalium, ut scilicet oblecta-
 quæ in menta, quæ in rebus terrenis quæsierant,
 : partem non reperirent; sed potius in iis fasti-
 à cum dia, damna ac dolores sentirent. O qua-
 es mul us pestis, qualis contagio, quale virus,
 augusti toxicum que inficit, homicidas, parrici-
 mulcas, infanticidas, in carcere tartareo? Vi-
 n præ fabo super eos in gladio & faxie & peste
 ptum

L 3

& non

244 Domus aeternitatis. Consideratio
Et non erit qui effugiat. Jerem. c. 44. 13.
Eritque ibi venenum aspidum insanabile.
Deut. c. 32. 33.

III. Plaga sexta fuit *Vesica turgenta*
& ulcerata, tam in hominibus quam in
animalibus. Exodi c. 9. 10. Quam plagam
Præsul Hipponensis opponit sexto præ-
cepto: *Non mæchaberis.* Ipsa enim do-
lorem, pudorem & horrorem impudicis
infligit. *Habet hæc plaga*, ut ait Origenus,
ulcerata & vesicas cum fervore: in ulceribus
arguitur dolosa malitia; in vesicis turgens
superbia: in fervore, ira ac furoribus insu-
ma; sed vel maximè libidinis ardor &
flamma. At quali plagâ, quali ardore &
igne, impura hæc scelera plectentur in
gehenna? igne ardente, pice & sulphure,
igne qui non extinguitur, ardore qui non
refrigeratur, & fumus tormentorum illo-
rum ascendit in secula seculorum.

Affectus timoris.

Quis non timeat te, Deus omni-
potens, ac juste, qui pro mensura
delictorum servas plagarum modum?
Quis hasce pœnas, tam temporales,

qua-

quàm æternas considerans, ausit manda-
tua prævaricari? Quis refragari, quis
occidere, mœchari, fornicari? Nemo sa-
nè, qui vindicem hanc manum tuam no-
vit. Sed quis eam satis cognoscit? Quis
novit potestatem iræ tuæ, aut prætimore tuo
iram tuam dinumerare. Psal. 89. Tu enim
sicut Ægyptios in omnibus penè bonis
castigas, in fructibus agri, in animalibus,
in primogenitis, in facultatibus, in cor-
poribus: ita legum tuarum prævarica-
tores in Tartaro, omnibus bonis priva-
bis, omnibus malis cumulabis: Congre-
gabo super eos mala. Deut. c. 32. 23.

8. Septembris.

I. Septima plaga est, grando, tonitura,
fulgura & fulmina. Exodi c. 9. 18.
Et percussit grando cuncta, quæ fuerunt in
agris. Hæc plaga à Doctorum aquila,
opponitur septimo præcepto, non fur-
tum facies. Quia, ait, quod furto, contra
Dei præceptum subducis, de cælo perdis:
nemo enim habet injustum lucrum, sine
justo damno; ubi lucrum, ibi damnum.
At quale damnum in gehenna? pro lu-

246 *Domas aeternitatis. Consideratio*
ero modico, damnum maximum, dam-
num omnium cæli terraæque bonorum,
ita ut cum Henrico VIII. Angliæ Rege,
meritò dicant: *Omnia perdidimus.* Octa-
va plaga fuit *Locustarum*, omnia depas-
centium. Exodi c. 10. 13. Hæc ab eo-
dem Doctore opponitur præcepto octa-
vo, *Non dices falsum testimonium.* Lin-
gua enim mendax & detractoria, omni-
dente locusta est nocentior, tum aliis, tum
sibi; uti in gehenna patebit. Perdes omnes
qui loquuntur mendacium. Et Detrac-
tores, & susurrones & bilingues maledicti.
Eccli c. 28. Nimirum maledicti in mun-
do, & maledicti in inferno in æternum.

II. Plaga nona est triduana tenebra,
cæq; horribiles. Exodi c. 10. 21. Ac tam
densæ, ut palpari possent. Hæc plaga,
judicio sæpius memorati Patris, respon-
det nono præcepto: *Non concupisca*
uxorem proximi tui. *Qui enim concupis-*
cit, in magnis versatur tenebris inconti-
nentia & immunditia, ait idem sanctus.
Significabant quoq; hæ tenebrae, cæcta-
tem mentis Pharaonis & Ægyptiorum.
Verùm quæ tenebrae, quamque horri-
biles,

biles, quām exitiales, quām pestiferæ
quām palpabiles ac diuturnæ, invol-
vent, evertentes sensum suum ut non vi-
deant solem? Amantes opera tenebra-
rum? Exardescentes in concupiscentiis
suis carnalibus? Jam lata est sententia in
hos, & in omnes veste nuptiali charita-
tis, per peccatum lethale, spoliatos: Li-
gatis manibus & pedibus, mittite eum in
tenebras exteriores; ubi erit fletus & stri-
dor dentium. Matth. c. 22.

III. Decima denique plaga est, cædes
primogenitorum, à primogenito Pharaonis usque ad primogenitum ancillæ. I. c.
S. Augustinus hanc plagam opponit de-
cimo præcepto: *Non concupisces, non
domum, non agrum. Qui enim commit-
tunt farta, rapinas, aliasve injusticias:
uniuntur in hac vita morte primogenito-
rum, quia non relinquunt hæredes bono-
rum, malè partorum.* Vulgaris paucemias,
ipsamet experientiâ, comprobata est:
*Malè parta, malè dilabuntur. Et de malè
quæsitis non gaudet tertius hæres.* Hæc est
plaga hujus vitæ, uti & quod omni le-
thali criminе, occidatur primogenitus,

L 5

id est

248 *Domus æternitatis. Consideratio*
id est anima hominis, quæ damnatur. A
quid plagarum in inferno ? Ibi amit-
tunt omnia primogenita , id est liberos
suos divitiis in justis locupletatos: amit-
tunt primogenita Mundi , id est, divitias,
honores, voluptates, concupiscentias;
horumque loco extremâ paupertate, ig-
nominia, & pœnâ obruictrur sempernâ,

Apostrophe.

TU Domine, Legislator noster supre-
me, mandasti, mandata tua custo-
diri nimis ; tu minatus es ea non custo-
dientibus, plagas gravissimas, tempora-
les & æternas : cæci & amentes sunt, qui
eas non reformidant. Ite igitur, ô Ha-
retici ! ac dicite, vos mandata Domini
servare non posse. Dicite mali Catholi-
ci, vos ea servare non velle : sed & plagas,
scriptas in libro hoc , pœnas & maledi-
ctiones à Deo intentatas, cum Ægyptius
exspectate. Puniti sunt per omnia ferè
creata, scilicet per terram, aquam, aerem,
& ignem ; per grandinem, sanguinem
& mixta ; Per animalia , ranas, muscas,
cinipes & locustas, per solem & astra;

pe

Septembris 9.

249

per homines Moysen & Aaronem, Per Angelos ac Deum ipsum. Eadem vos peccatores exspectate in Inferno; eritis enim ibi plagis longè magis horrendis afflicti, eritis maledicti à Deo, maledicti ab Angelis, maledicti ab hominibus, maledicti in omnibus creatis, quia: *Maledicti, qui declinant à mandatis tuis.*
Psal. 118. 21.

CONSIDERATIO XXIV.

Contemplatio damnatae æternitatis.

Non contemplabitur nobis, quæ videntur; sed quæ non videntur. 2. Corinth. c. 4. 18.

9. Septembris.

Ignatius in Libro Exercitorum hebdomade primâ, exercitio quinto, proponit modum considerandi infernum, quem, contemplationem nuncupat; quia in eo, ejusdem tormenta, uesti oculis contemplamur. Præludium primum assignat, compositionem loci, subjectâ oculis imaginationis, inferni longitudine, latitudine, Præludium se-

L 6

cundum

250 *Domus eternitatis. Consideratio*
cundum consistit in intima pœnarum,
quas damnati patiuntur, apprehensione:
ut si quando me ceperit , divini amoris
oblivio , saltem à peccatis , supplicii ti-
mor coërceat.

Consideravimus quidem superius
pœnas sensuum , consueto more ; quia
tamen hic modus contemplandi , per-
quam utilis est, & in aliis quoque myste-
riis, ut Christi nascentis , patientis , resur-
gentis & gaudiorum Paradisi cœlestis ser-
vit ; contemplationem hanc non cense-
mus omittendam. Quare.

II. *Contemplare & per imaginatio-*
nem specta , vasta inferorum incendia , &
animas igneis quibusdam corporibus , ve-
lut ergastulis inclusas . S. Ignat. l.c. Aspice
flammarum vertices in altum sese attol-
lentes : aspice piceas fumi nubes , dan-
natos undique involventes : aspice stag-
num in longum & latum se extendens ,
plenum sulphure ardente ac bulliente ,
damnatosque , veluti pisa in olla feren-
te sursum & deorsum agitans.

III. *Aspice ulterius horrenda spectra*
damnatorum , omnibus hujus mundi
lar-

larvis turpiora. Aspice tot legiones fædissimorum Diabolorum, sine intermissione, hominibus damnatis, minitantiū, insultantium, variaque tormenta inferentium: qui omnes adeò sunt asperiti terribiles, ut S. Francisca Romana, unum aliquando intuita, animi deliquum sit passa, ac deinde contestata; quod mallei in clibanum ardente, aut fornacem sulphure ac metallo liquefacto bullientem, sese præcipitare; quam ejusmodi monstrum infernale denuò intueri.

Aspiraciones.

O Deus justissime, qui terribilis es,
in consiliis super filios hominum. Psal.
65. 1. Timeo gehennam, timeo peccatum, timeo te quia peccatores damnabis
in æternum: Pones eos ut clibanum ignis,
in tempore vultus tui. Psal. 20. 2. Reve-
teor & adoro puritatem ac sanctitatem
tuam, qui etiam nobilissimis creaturis
tuis, non parcis; sed tam severè eos ca-
stigas. Dominus in ira sua conturbabit
eos, devorabit eos ignis. l.c. 3. Admiror &

252 *Domus eternitatis. Consideratio*
obstupesco , ineffabilem peccati lethalis
malitiam, tanto per te odio sam, ac tan-
tis suppliciis obnoxiam. 4. *Gratias ti-*
biago immortales, quod licet saepe infer-
ni supplicia meritus fuerim ; summa ta-
mam pietas tua, ab his me hucusque præ-
servaverit. 5. Veniani demississime fla-
gito : O Domine, non secundum peccata
nostra facias nobis , neque secundum ini-
quitates nostras, retribuas nobis. Psal. 102.
Sed salvum me fac Deus propter miseri-
cordiam tuam. Psal. 6.

10. *Septembris.*

I. **A**lterum contemplationis punctum
est ; audire imaginariè planetus, e-
julatus , vociferationes atque blasphemias
in Christum & Sanctos. S. Ignat. l.c. Dio-
nysius tyrannus carcerem, in modum ac
formam auriculae, extenuendum curavit,
ut per foramen modicum , in superiori
fornice , ploratus , gemitus & ululatus
captivorum miserorum auscultare pos-
set ac pro sua ferocia , sevirieque , iisdem
se oblectare. Si hanc methodo , inferni
carcer constructus foret, o quam flebi-
les

Septembris 10.

25;

les sonos , quām tristes lamentationes,
quām diras maledictiones audirens!

II. Ausculta igitur hos threnos , ululatus & genitus : audi stridores dentium :
audi strepitus catenarum , mugitus &
barritus Cacodæmonum . S. Antonius
magnus , totis artibus tremebat , cùm ex-
tra cellam suam monstra tartarea tumul-
tuantia , instar taurorum mugientia , in-
star luporum ululantia , instar leonum
famelicorum rugientia , instar serpentum
sibilantia audiret . Audi & tu miserorum
captivorum , qui ibi sunt , ploratus & u-
lulatus , lamentationes & vä , terribile-
que sonitus . Sonitus terroris semper in au-
ribus impii . Job c. 15.21.

III. Tertium punctum est , imagina-
rio etiam olfactu , fumum , sulphur , & sen-
tinae cuiusdam facis atque putredinis gra-
veolentiam persentire . S. Ignat. l. c. Ma-
ritus quidam vindictæ cupidine stimu-
latus , conjugem in adulterio deprehen-
sam , coëgit manu propriâ strangulare
adulterum , & cadaver suspendere in cu-
biculo , cui eam inclusit , ut ejus aspectu
& fætore enecaretur , quod & factum
est

254 *Domus eternitatis. Consideratio*
est. Si hoc unum cadaver potest; quid fa-
cient corpora Damnatorum innumera?
Odorare. Virgilius de crudelitate Me-
zentii tyranni canit inter alia :

Mortua quin etiam jungebat corpora
vivis;

Componens, manib[us]que manus, atque
oribus ora.

Deinde addit : *Et sanie taboque*
fluentes,

Complexu in misero, longâ sic morte
necabat.

Odorare ejusmodi fœtorem abominabi-
lem , ex putridorum damnatorum cor-
poribus & tui ipsius etiam, si illuc detru-
daris, exhalantem. O qualis afflictio!
qualis cruciatus !

Aspirationes.

O Magne Deus ! damno stultitiam
meam & cæcitatem, quâ fascinatus,
ausus fui , mandata tua prævaricari , sen-
suum oblectationibus indulgere ; & pec-
cata lethalia admittendo , in tantarum
pœnarum pericula me deturbare. In
posterum non sic ; *Portio mea Domine :*

dixi

Septembris 4.

255

dixi custodire legem tuam: dilexi mandata
tua super aurum & topazium. Psal. 118.
Deploro hodiernam tot mortalium a-
mentiam, in horrendorum adeò suppli-
ciorum discrimine, quotidie viventium
& ridentium, securèque dormientium.
Filii hominum usquequò gravi corde?
Psal. 4.3. Propono, quascunque tribula-
tiones & cruces à Deo immissas, libenti
animo tolerare; cùm millies graviores
promeruerim. Nisi quia Dominus adju-
vit me, paulò minùs habitasset in inferno,
anima mea. Psal. 93. Statuo firmiter non
solùm mandata; sed etiam consilia evan-
gelica servare (Deo vocante) & pœna-
rum æternitatem peccatis meis debitam,
in temporalem religionis tribulationem,
commutare: Paratum cor meum Deus!
O Domine salvum me fac! Psal. 117. Ad-
juvame Domine & salvus ero. Psal. 118.

II. Septembris.

Quartum contemplationis pun-
ctum est: gustare similiter res a-
marissimas, ut lacrymas, rancorem, con-
scientiæq; vermem. S.Ignat. l.c. Gusta
igitur

256 Domus aeternitatis. Consideratio
igitur lupinam famem: Famem patientur
ut canes psal. 58.7. Gusta sitim rabidam.
Ex ardore et contra eum sitis. Job. c. 18.9.
Quò sitis & fames in hac vita homines
non adigit? ad vorandos mures, glires,
serpentes, bufones & carnem propriam.
Qualis igitur erit fames, sitisque in infer-
no? pro delicis erit fel draconum & ve-
nenum aspidum: *Ego cibabo illos absyn-*
thio, & potum dabo eis aquam fellis.
Deut. c. 32. In pœnam gulæ, crapula
& ebrietatis.

II. Quintum punctum est. Tangere
quodammodo ignes illos, quorum tactu, ani-
ma ipsæ amburuntur. S. Ignat. l. c. Tan-
ge igitur imaginatione aut mente illas
flamas, illos carbones, illos vermes, il-
los bufones ac serpentes. Referunt An-
nales Ecclesiastici rem toti orbi stupen-
dam, ad annum Christi 1198. n. 21. de
Sacerdote in Francia, cui nomen Volco,
viro miræ sanctitatis, qui apud fœnera-
torem, cum quibusdam è Clero transfu-
rus, culinam ejus adiit, opercula à vasis
removet, reperitque omnia fercula in
bufones ac serpentes abiisse. Movit ea

res

res hominem, ut Volconi supplex omnia injusto lucro parta, restitueret. Supererat inter hæc vas tritico oppletum, ultimum usuræ spolium; cuius forte non meminerat: istud Volco, prælente clericorum comitatu, recludi jussit: & ecce, novo portento inter bufones, ingentem serpentum copiam offendunt.

III. Mox sacerdos sanctus, divino imperio afflatus, ad fœneratorem: Si verus tibi de peccatis dolor est, nudus istud vas ingredere; nec mora, usurarius insilit; statimque Volco, vase clauso, jussit socios crastinâ luce reverti. Tum autem remoto operculo, nihil præter costas, tibias, calvariam & ossium congeriem repererunt. Quæ causa fuit, ut Volco ossa, tanquam veneranda verè pœnitentis asservari jusserrit. Ubi quid simile legisti, vidisti, audisti, hominem nudum, vivum inter bufones, ferōsque serpentes versari, & ab iis deglubi, exossari ac devorari? Tange igitur & tu hos & similes serpentes, tange bufones, & senti tactum illorum, morsum & vellicaciones, & cohorresce, ac detestare infelices

sen-

258 *Domus eternitatis.* Consideratio
sensuum voluptates , quorum finis est
tanta tormentorum immanitas atque
acerbitas.

Aspirations.

O Quàm compatiōr tot millionib⁹
hominum infidelium , ad hos cru-
ciatus , tum ob veræ fidei defectum , tum
ob scelera , rectæ rationi adversantia,
magnis passibus properantium ! O quàm
compatiōr credentibus quidem ; sed vi-
tam fidei & præceptis conformem non
exigentibus , atque ad hæc supplicia
curlu concitato festinantibus ! Timeo ,
Domine , mihi quoque & ad judiciorum
tuorum inscrutabilium abyssum , con-
tremisco : & licet in hoc statu amabili,
tot mediis salutis instrutus sim , vereor
tamen ut ne officio meo desim , ac veltit
tepidus ex ore tuo evomar . In abyssum
nihili mei me dejicio , mihi penitus dis-
fido , in manus misericordiæ tuæ me
committo . Statuo me totum obsequio
tuo impendere , teponem excutere , & ad
perfectionem congruentem , omni co-
natu contendere . *Adjutor meus es tu , n-*
dere

derelinquas me , neque despicias me Deus
salutaris meus. Psal. 21. Usque in senectam
& senium , Deus , ne derelinquas me.
Psal. 70. 18.

CONSIDERATIO XXV.

Pœna damni , damnatæ æternitatis.

Mittite eum in tenebras. Matth. c. 22.

12. Septembris.

I. **C**onsidera in specu tartareo duplices reperiri tenebras : scilicet *exteriores* , quæ locum obscurant , de quibus egimus consideratione quintâ. Et *interiores* , quæ obscurant animam ; oriunturque ex defectu luminis gloriæ , & visionis beatificæ ; ac nuncupantur *pœna damni* , quæ sanè est pœna super omnem pœnam : damnum super omne damnum , nullo humano intellectu perceptibile. Ut tamen aliquâ ratione , pœnam hanc intelligamus. 1. Causam ejus , 2. Naturam ejus , seu quæ illa sit , indagabimus.

II. Causa pœnam hanc exigens , est peccatum lethale : in quo duplex reputatur

260 *Domus aeternitatis. Consideratio-*
ritur malitia : una est tergum obvertere
bono increato : altera est vultum conver-
tere ad bonum creatum ; in eo finem ac
quietem suam collocando. Utramque
malitiam hanc clare ob oculos ponit
Propheta Jeremias c. 2. 13. inquiens :
Duo mala fecit populus meus, ait Domi-
nus ; *me dereliquerunt fontem aquæ viva-*
[en aversionem à Deo] & foderunt sibi
cisternas dissipatas (en conversionem ad
creaturas) quæ continere non valent a-
quas. Utraque autem est summa malitia,
ingratitudo maxima, & ordinis pertur-
batio detestanda.

III. Ac proinde æquitas & justitia
divina requirit, ut redigatur in ordinem,
quod culpa perturbaverat : huic vero
ordinis perturbationi, Deus medetur in
inferno : ubi conversionem ad creatu-
ras, punit operâ creaturarum, ignis, fœ-
toris, dæmonum. Aversionem autem à
Deo punit, privando ipso Deo, per pœ-
nam damni ; cumque aversio hominis à
Deo, sit injuria quodammodo infinita,
illata Creatori infinitæ Majestatis : pœna
quoque creaturæ perduellis jure merito,
est infinita atque æterna.

Af.

Affectus laudis.

LAUDO Domine, approbo, revereor & adoro, justitiam, æquitatemque tuam rectissimam. *Justus es Domine & rectum iudicium tuum.* Psal. 118. 117. Justè enim avertis faciem tuam ab eo; qui priùs faciem suam avertit à te: justè despicias & conculcas eum, qui antè despexit & conculcavit te: justè per creaturas punis eum, qui à te, ad creaturas convertit se: justè, qui deseruit te, est, etitque absque te: justè, qui finem ultimum fugit, ad eum non pervenit; justè, qui ad convivium ire noluit, ex eo non comedit: justè, qui à Deo recedit, ab illo recedit Deus: sed & vae eis cùm recessero ab eis. Oseæ c. 9. Justè, qui creaturæ se tradit, cum ea damnum sentit; justè, qui spinas amplectitur, ab iüsdem pungitur; justè, qui crudeli Domino servire voluit, ejus tyrannidem experitur. Justè enim, per quæ quis peccat, per eadem & punitur. *Justitia tua, justitia in æternum.* Psal. 118. 142.

13. Sep-

13. *Septembris.*

I. **P**Er pensâ causâ, expendamus natu-
ram pœnae damni. Quid est pœ-
næ damni? Est privatio luminis gloriæ,
quod intellectum ad Deum, facie adi-
ciem videndum, roborat. Est privatio
visionis beatificæ, quæ visio fontem om-
nium bonorum cælestium propinat. El-
jaætura summi, infinitique boni, qui
Deum O. M. pro omni ævo amittit. El-
amissio omnium gaudiorum & oblecta-
mentorum, quæ ex Dei possessione spe-
rari poterant. Est ipsa damnationis ater-
næ essentia: teste S. Thoma opusc. 2. c.
147. *Damnatio, inquit, ultima consistit
in hoc, quod intellectus hominis, totaliter
divino lumine privetur, & affectus à divi-
na bonitate obstinate avertatur.*

II. **Q**uid ulterius est pœna damni? Est
nunquam admitti, ad intuendum vul-
tum amabilissimum divinæ Majestatis,
optimi parentis, summique benefacto-
ris. Est nunquam clarè & intuitivè vide-
re ejus potentiam, sapientiam, bona-
tem, pulchritudinem, cæterasque per-
fectiones.

Septembris 13.

263

fectiones ejus, prorsus admirabiles. Est
nunquam videre sanctissimam Trinita-
tem, Patrem ingenitum, Filium unigeni-
tum, Spiritum sanctum paracletum; eo-
rumque processiones ac notiones stu-
pendas. O qualis jactura!

III. Denique pœna damni est, nun-
quam cernere amœnissimam faciem Je-
su Christi Redemptoris nostri. In extre-
mo judicii die reprobi semel aspicient
faciem ejus iracundam ac terribilem;
at amœnam, blandamque nunquam vi-
debunt in æternum. Privari visione bea-
tæ, est etiam nunquam videre pretiosissi-
mam Dei Matrem Mariam: nunquam
videre Sanctos Angelos & Archangelos:
nunquam videre Patriarchas & Pro-
phetas, Apostolos & Martyres, Confes-
sores & Virgines: nunquam videre cæ-
lestem Hierosolymam, Paradisum vo-
luptatis, desideratissimam patriam; sed
ab ea instar hostis aut canis expelli.

Obtestatio.

O Domine Deus meus! Deus prin-
cipium, Deus medium, Deus finis
Pars III. M meus;

264 *Domus æternitatis. Consideratio*
meus ; Deus temporis mei conditor,
Deus æternitatis meæ largitor , unicum
beatitudinis meæ gaudium & centrum:
obsecro te, per viscera misericordiæ tuae,
ne projicias me à facie tua : à bonitate &
misericordia tua : à sapientia & pul-
chritudine tua: ab unitate & Trinitate
tua, omnis boni scaturigine. O Salvator
mi ! obsecro & obtestor te , per sacro-
sancta vulnera tua: Ne projicias me à fa-
cie tua ; in quam desiderant Angeli pro-
spicere : neque à Matre tua, neque à San-
ctorum tuorum amabili Societate , ca-
lestique patria. Malo mori millies, quam
parentis optimi aspectu æternum priva-
ri. *Quoniam apud te, Domine, est fons vita-*
& in lumine tuo videbimus lumen. *Plal.*
3.v. æternumque salvi ac beati erimus.

14. *Septembris.*

I. **E**x vultu divini aversione , ac vi-
sionis beatificæ privatione , se-
quuntur damna alia longè gravissima.
Neque enim pœna damni tantum est,
nunquam videre Deum ; sed quod ex eo
sequitur, est etiam, nunquam possidere
Deum.

Septembris 14.

265

Deuin, sed illo semper carere: est nunquam amare Deum, sed semper illum odisse; est nunquam de Deo gaudere, sed semper de eo tristari ac dolere: est nunquam in ultimo fine suo quiescere; sed inquietudine perpetuâ agitari: est nunquam Deum laudare & glorificare, sed cum semper maledicere & blasphemare. Denique est, nunquam ad Deum centrum cordis sui, ad primum principium & ultimum finem suum pervenire, sed semper ab illo exulare, ejici, expelli. O pœna super omnem pœnam!

II. Cogita si Absalon, brevi tempore, Davidis parentis optimi aspectu, alloquioque exclusus: *Faciem meam non videat.* 2. Regum. c. 14. id tantopere apprehenderit, tantaque impatientia ac dolore tulerit; ut dixerit: *Obsecro ut videam faciem Regis: quodsi memor est iniquitatis meae, interficiat me.* l.c. Quid erit à facie Dei excludi in æternum? Si Filius Principis, è longinqua peregrinatione Dominum redux, ob delictum aliquod, loco paterni amplexūs, à conspectu Parentis exclusus, compingatur in carcerem? O

M 2

quis

266 *Domus aeternitatis. Consideratio*
quis dolor ! Si primus Regius minister,
ob facinus aliquod commissum , jubea-
tur probrosè ex aula facessere , & extur-
betur in exilium perpetuum ; O quæ con-
fusio, quis mœror ! Idem accidit homini
ad conspectum Dei à morte anhelanti,
dum è regno cœlesti proscriptitur , dum
præcipitatur in carcerem avernalem , &
ad faciem Dei, parentis optimi , in ater-
num non admittitur.

III. O quid est avelli à Deo amantí-
simo , in perpetuum ! quām amara fuit
avulsio Davidis & Jonathæ , qui cùm
supremum vale sibi dicerent : osculantes
se alterutrum, fleverunt pariter ; David ax-
rem amplius . 1. Reg. c. 10. Quanto dolo-
re avulsus est Patriarcha Jacob à Filio
suo Benjamine , quām mœstè lamentatus
est : Benjamin aufertis : si quid ei adversi
acciderit in terra, ad quam pergitis , dedu-
cetis canos meos ad inferos . Quanto mœ-
stre tulit Anna Mater discessum Tobiz
Filii sui in Rages : cumq[ue] profecti essent ,
cepit Mater ejus flere ; Et dicere : baculum
senectutis nostræ tulistis . Tob. c. 5. 23. Si
tam amara, tam luctuosa est separatio ad-

temp-

Semtembris 14.

267

tempus Matris & Filii, Jacob & Benjamin, amicorum intimorum Davidis & Jonathæ? Qualis luctus, mœror, dolor erit, avelli à Creatore suo, Redemptore suo, summo bono suo, Patre suo, amico suo amantissimo, atque ab eo separari in æternum?

Suspiria.

O Domine! cùm veneris judicare,
noli me condemnare, & beatâ tui
visione privare! Noste te consummata ju-
stitia est. Sap. c. i §. 3. Noverim me, nove-
rim te; ut in æternum noverim & videam
te. Oderim me, amem te; ut in æternum
diligam te: amittam me, ut inveniam te;
teneam te, possideam te, sine amissione.
Inquietam me, ut quiescam in te, cum om-
nimoda desideriorum meorum exple-
tione. Vituperem me, ut laudem & glo-
rificem te, totâ æternitate. Siquidem
Beati, qui habitant in Domo tua Domine
[& vident faciem tuam] in sæcula sæcu-
lorum laudabunt te. Psal. 83. 5. Ex adver-
so: maledicti, qui proscripti, exclusique-
bunt à domo tua, & projecti à facie tua,
in sæcula sæculorum maledicent te.

M. 3,

CON-

CONSIDERATIO XXVI.

Gravitas pœnæ damni , damnatae æternitatis.

Ne projicias me à facie tua. Psal. 50.

15. Septembris.

I. **G**ravitas, atrocitasque pœnæ damni , ex eo patet ; quia est privatio boni infiniti, gaudii infiniti , thesauri infiniti, felicitatis & beatitudinis infinita. Ac proinde ignis infernalis incendia, quantumvis multiplicata , pœna ejus gravitatem non æquabunt. Patet hoc ē contrario : nam licet millies , milliesque geminarentur omnia alia paradisi cœlestis gaudia & oblectamenta ; nullā ratione æquabunt gaudium illud, quod de Deo , facie ad faciem vito, percipitur.

II. Verūm enim vero , cæcutiens ac debilis intellectus noster , damnum istud non capit : quia remotum est à sensibus nostris. Sicut enim Deus non est bonum, quod nes mente nostrâ complecti querimus ; sed bonum omni cogitatione no-

Septembris 15.

269

strâ infinitè majus : ita malum amissionis,
visionis Dei , non est ejusmodi malum,
quod in hac vita mortali concipere pos-
simus ; sed est omni cogitatione nostra
infinitè majus : est malum cuius, author
proximus Deus ipse est : est malum, ut
sic dicam , ordinis divini, malum, quod
ipse Deus, per modum pœnæ, constituit:
Est & turpium pœna Deus. S. Bernard.
L.S. de Cons. c. 32. Sic igitur enim Deus est
suprema beatitudo Electorum in cæ-
lo : ita est suprema pœna dæmoniorum
in abysso.

III. Hac de causa dicere non veretur
S. Chrysostomus: *Intolerabilis quidem res*
est gehenna , quis nesciat ? est supplicium
illud horribile : tamen, si nullus aliquis po-
nat gehennas , nihil tale quid dicturus est,
quale est , ablata illius gloria , honore re-
pellî ; exosum esse Christo , & audire ab il-
lo. nescio vos. Hom. 24. in cap. 7. Matth.
Quid enim sit in æternum privari bono
infinito , omnibusque gaudiis quæ ex
ejus possessione sperari possunt; quis un-
quam dignè apprehendere, aut explicare
poterit ? *Etenim infinita satius est ful-*

M 4

mina

270 Domus aeternitatis. Consideratio
mina sustinere , quam illam mitem faciem
nos aversantem videre , & tranquillum
oculum, in nos respicere , non sufferentem.
Idem hom. 47. ad pop.

Affectus timoris.

O Pœna damni, pœna infinita, pœna
æterna ; pœna summa ! quis nisi
aut chalybs, aut lapis sit , te non timeat?
Jacturam equi , timet & deflet colonus;
jacturam Domus & bonorum , timet &
deflet civis : jacturam centum millium
aureorum , omniumque facultatum sua-
rum, timet ac deflet nobilis. Et damnum
infinitum, jacturam summi , æternique
boni , quis sic reformidat aut deplorat?
Officium Judicis Leges appellant ; ~~Ad~~
~~poteritatis~~ formidabile ministerium. Apud
Cresold. in myst. quia octo pœnarum
genera contra reos decernere potest: &
Deum illum omnipotentem non for-
midabimus, qui postquam delictis no-
stris pœnas innumerabiles decrevit; se-
ipsum quoque facit eorundem suppli-
cium? Quis non timebit te Rex Gentium?
Jerem. c. 10. 7.

16. Sep.

16. Septembris.

Gravitas, acerbitasque hujus pœnæ, ex eo deinde liquet; quodam
damnati vivacissime apprehendant, sum-
mum boni jacturant, quam culpâ suâ in-
curserunt: non enim uti in hac morta-
litate contingit, omnia sensibus me-
tiuntur, & ab illis percepta solum aesti-
mant; alia verò, quæ invisibilia sunt,
non item; sed proflus modo contrario,
more falconum, qui oculis velatis, præ-
dam non cernentes, hærent immoti; ab-
latis verò operculis, prædaque conspe-
cta, quanto impetu se vibrant, & vincula
rum punt, ut eam affsequantur. Sic quo-
que anima corporis mole pressa, cæca &
segnis est ad divina, & tanquam ignis
sub cinere latens: at eâ liberata, & expe-
ditâ, tanquam ignis in cuniculo subter-
raneo incensus, est in statu violento, &
ffrages, ruinâsque edit, ut erumpat & suo
carcere & centro suo se copulet. O
Deus cordis mei!

II. Ex his facile colligitur, quantum
anima, carnis exuviis liberata, dol-

M. f.

rem

6. Sep.

272 Domus aeternitatis. Consideratio
rem experiatur ; si à centro suo , à Deo
suo, ejusque conspectu amabilissimo re-
pellatur, ac separetur. Si os aliquod extra
juncturam suam , cruciatum affert inex-
plicabilem; cogita, quid factura sint ossa
ducenta & ultrà , quot in corpore nu-
merantur, luxata & loco suo mota ? O
qualem cruciatum , doloremque pa-
rient ! Et tamen hoc non nisi umbra est
separationis æternæ , animæ à Deo suo.
Cùm Thomas Morus jam læsiæ Majesta-
tis reus pronuntiatus, captivus à satelliti-
bus duceretur , Margareta ejus filia, per
medias turbas & satellitum arma, ad pa-
rentem penetravit : atque in Patris Cha-
rissimum collum irruens , arctissimo am-
plexu aliquamdiu strinxit, nihil aliud ef-
fata, nisi hoc unum : *Ah mi Pater ! alias*
voces dolor præcluserat. Et vix sustinuit
dicere lingua vale. Ovid. ep. 5. O tristis se-
paratio ! Sed

III. Perpende , quam luctuosa ac la-
mentabilis sit futura separatio ista , quâ
anima , tanquam adoptiva Dei filia , ab
optimo , benignissimôque Patre suo cœ-
lesti , sejungetur in æternum. O quali
affe-

Septembris 16.

273

affectu dicet *Ah mi Pater!* Filia tua non erit amplius Filia, in ordine ad obedientiam: Pater non erit ultrà Pater in ordine ad dilectionem. *Ah mi Pater!* Pater erit in cælo, & filia tua in inferno, idque in æternum. *Ah mi Pater!* Creatura non erit amplius Creatoris, in ordine ad solatium: Creator non erit amplius creaturæ, in ordine ad protectionem. Creatura odio habebit, detestabitur & execrabitur Deum in æternum, quin ab eo possit recedere. Creator abhorrebit, nauseabit, & abjiciet à se in æternum Creaturam, semper illi tamen manens conjunctus, ad eam cruciandam ac torquendam.
Ah mi Pater! *Ah mi Creator!* Tunc fiet illud terribile divertium: tunc stabilietur æterna illa inimicitia, perpetua illa oppositio inter Creatorem & creaturam:
Vos non populus meus, & ego non ero uester. Osee c.2.

Affectus amoris.

O Separatio! ô conjunctio! utrāque sine comparatione dolorifera, quis te non reformidet, quis sibi non caveat,

M 6

fugiat-

274 *Domus eternitatis. Consideratio
fugiātque peccatum? O triste divor-
tium! Ah mi Pater! non sinas me un-
quam separari à te. A patre filium, à
Sponso sponsam, à Domino famulum,
à Creatore creaturam. Ah mi Pater! Non
permittas, ut inter te & me sit inimicitia,
aversio, odium, oppositio in Orco sem-
piterna: sed potius unio & dilectio per-
petua in cœlo: quod ut obtineam; da ut
hic sim fundatus semper & radicatus in
Charitate ac gratia, dicámque cum Apo-
stolo: *Quis nos separabit à Charitate?*
An tribulatio, an angustia, an persecutio,
*an gladius? Quis nos separabit? An vo-
luptas, an honor, an auri argentiisque
pondera? Certus sum, cum gratia tuâ,
quia nec prædicta omnia, nec alia crea-
tura, poterit nos separare à te, in tempore
& æternitate.**

17. *Septembri.*

I. **C**onsidera, cùm dolor sit effectus
divisionis, certum est, quod quan-
tò arctior est conjunctio, tantò etiam a-
cerbior sit separatio: cùm ergo motus
animæ in Deum, in quantum hic est su-
prema

prema felicitas animæ rationalis [S. Thomas 1. 2. q. 9. a. 4.] sit motus naturalis, necessariò consequens est, ab illo, ad quod toto naturæ suæ pondere & impetu fertur, à contraria vi & pro omni tempore separari, tormentum esse, omni comparatione majus & dupli ratione infinitum, scilicet, & propter bonum, quo privat, quod est divinum ; & propter tempus privationis, quod est æternum & infinitum.

II. In simili patet id clarius. Si tanto mœrore afficiuntur homines, dum jure primogenio spoliantur, ut Esau contigit: quo dolore, quæso, afficiuntur, qui æterno illo cœlesti jure primogenio, quod nisi peccassent habere poterant, spoliabantur in æternum ? Si mors terribilium omnium terribilissimum dicitur, eð quod animam separat à corpore, & ab hoc visibili mundo ; quantò terribilior erit mors æterna, quæ hominem à Deo suo, à regno cœlesti, & mundo illo feliçissimo in perpetuum separat ? Michaelis Palæologi Constantinopolitani Imperatoris tempore, Turcæ romanas Græ-

276 *Domus æternitatis. Consideratio*
corum Provincias, ad amnem usque ve-
starunt; In ea direptione hoc accidit, ut
commemoratione, sic & commiseratio-
ne dignissimum: Sorores duæ adolescen-
tulæ, cùm diversis Dominis sorte obti-
gissent, jámque divellendæ essent, ad ul-
timum vale in mutuo amplexu exspira-
runt. Si sic afficit separatio Sororis à so-
rore: quid faciet divulsio perpetua, à bo-
norum omnium fonte?

III. Cogita si cives Ephesini, tanto
doloris sensu Paulum abiturientem, &
vale sibi dicentem, prosecuti sunt; ut sa-
cer textus dicat: *Magnus autem fletus*
factus est omnium, & procumbentes super
collum Pauli osculabantur eum. Act. c.
38. Et oinnes etiam viri flevere, atque
in lacrymas ubertim prorupere, eò quod
præsentiâ Pauli Apostoli ac Doctoris sui
destitutebantur? Qualis dolor occupa-
bit animam, quando à Creatore suo, &
Redemptore & ultimo fine suo æternum
separabitur, nunquā eum amplius visura?
Multi ait S. Chrysostomus, *inferni ignem*
timent; sed ego maximè amaram dico a-
missionem gloriae, & visionis beatifica: nam
qui

qui non novimus magnitudinem caelstis
boni , non possumus intelligere , quantum
sit malum, illo privari. Hom. 47. ad pop.

Petitio.

Domine Deus meus ! propter pecca-
ta mea merui audire tristissimum
illud: Discede à me maledicte; merui au-
dire : *in terra sanctorum , iniqua gessit,*
non videbit gloriam Dei : sed quia pœni-
tet me, condonet misericordia tua, quod
meruit malitia mea : & ne æternūm
projicias me à facie tua amabilissi-
ma qui illuminas juventutem meam ;
ne despicias senectutem meam , Domi-
ne non avertas faciem tuam amplius à
me ; nec declines in ira à servo tuo. Pa-
ter misericordiarum , audi ejulatum pu-
pilli tui , porrige manum tuam adjutri-
cem , ut retrahat me , de lacu miseria \mathfrak{E}
de luto facis : ne peream vidente miseri-
cordia oculorum tuorum , aspiciente Cle-
mentiam viscerum tuorum ; sed evadam ad
te , Dominum Deum meum , ut videam
divitias regni tui , \mathfrak{E} intuear faciem tuam
semper , \mathfrak{E} laudem dicam nomini tuo san-
cto in secula. Amen. S. Aug. solil. c. 37.

CON-

CONSIDERATIO XXVII.

Perpetuitas & abyssus damnatae æternitatis.

Ut urantur & sentiant usque in sempitenum. Judith. c. 16. 21.

18. Septembris.

I. **C**onsidera, omnium tormentorum infernalium hactenus consideratorum, maximum esse æternitatem, & perpetuitatem; hæc enim reliquias tantum addit ponderis, estque poena tanta ac talis; ut nec ullâ intelligentiâ creatâ, comprehendî, nec cum ullo aliorum suppliciorum conferri valeat: durabit enim quamdiu, Deus erit Deus, cuius æternitas est mensura æternitatis. Damnatorum: cuius æternitas est fons, origo & causa omnium temporum & saeculorum; hæc enim ab illa emanant, velut radius à sole, velut aquæ ex fonte, velut scintilla ex igne. Unde sicut varijs radiis vicissim & successivè emanant à sole, variæ aquæ ex fonte, variæ scintillæ ex igne: sed idem semper manet constatque sol, idem fons,

idem

idem ignis, qui hos radios, has aquas,
has scintillas ejaculatur; ita varii dies, an-
ni ætates, tempora, omnesque sæculorum
ordines, & vicissitudines; æternitates
Beatorum, æternitates damnatorum, ab
æternitate Dei emanant; sed ipsa sibi
semper eadem, semper fixa & immota
constat æternitas divina, atque invariata.

II. Ipsa enim est id, quod in rota axis;
quod in circulo centrum: sicut circa
axem volvitur rota & circa centrum,
circulus: ita circa æternitatem Dei, qua-
si axem & centrum, rotantur & volvun-
tur omnia tempora, & quæcunque per
tempora singula oriuntur, occidunt, ve-
niunt, abeunt, attolluntur, deprimuntur.
Deus enim est Rex sæculorum, Præses
temporum ac Dominus æternitatis, tam
beatæ, quam miseræ. Atque hoc sicut
in infinitum, auget gaudia Beatorum,
quod duratura sint, quamdiu durabit
Dei æternitas; sic & in immensum auget
tormenta damnatorum, quod dura-
tura sint, quamdiu Deus erit Deus; id est
in æternum.

III. Quamvis enim orci pœnæ essent
levissi-

280 *Domus aeternitatis. Consideratio*
levissimæ , ex eo tamen quòd finem nul-
lum habeant, & cum Dei aeternitate per-
durent , evadunt infinitæ , quales ergo
erunt , cùm & atrocitate sint intolerabi-
les , & simul aeternitate interminabiles?
Cruciatus unius anni , magnum malum
est ; cruciatus annorum duorum, duplex
est malum ; cruciatus centum annorum,
centuplicatum malum est ; atque ita
progreendiendo , quòd pœna aut dolore est
productior ac durat diutius , eò evadit
acerbior. Illa igitur pœna , quæ durat
annis,lustris, sæculis infinitis , & quam-
diu Deus erit Deus ; profectò est malum
infinitum ; & omnem nostram in conci-
piendo cogitationem superat.

Apostrophe.

VIde igitur, O Peccator? quid agas,
dum pro modica voluptate aut va-
nitate , aut utilitate , totius aeternitatis
supplicia, totumque aeternitatis infelicitis
pondus,humeris tuis imponis. O stulti-
tiam tuam incredibilem! Quanta stulti-
tia est , divitias perituras querere , & in
illis sperare , sed postea penuria aeterna
labo-

Septembris 18.

281

laborare? Quanta stultitia est, honores
ambire & in altum se extollere; ac postea
deprimi & ad confusionem æternam in
abyssum descendere? Quanta stultitia
est, carnis desideria sequi, & illud desi-
derare, quod faciet in Orco carnem per-
petuo ardere? Quanta stultitia est, hor-
tos & palatia brevi ruitura exstruere: &
de domo in cælis ædificanda non cogi-
tare, sed indies sibi domum in inferno
caliginosam fabricare? Quanta stultitia
filiis ac nepotibus ditandis, assidue insu-
dere & gehennæ semper ardentis incen-
dia sibi accersere. Ah! quid est, quam diu
Deus erit Deus, in gehennæ flam-
mis ardere & cruciari cum damnatis &
dæmoniis?

19. Septembris.

I. **C**onsidera ulterius: in molli lecto
jacere immotum, uno anno,
quam gravis foret pœna? gravior si de-
cennio: longè gravior si integro sæculo,
gravissima omnium, si totâ æternitate.
Fulco homo ad mundi leges factus, cùm
quadam nocte dormire non posset, co-
gitare

282 *Domus aeternitatis. Consideratio*
gitare secum cœpit: si h̄c in molli lecto
jacenti absque alio dolore tamen tam
molesta est, unius noctis insomnis, cuba-
tio: quanto pere cruciabor, si in lecto ig-
neo aeternū jacere & cruciari debebo?
Quā cogitatione ita immutatus est, ut
mox sacræ Cistertiensium familiæ no-
men dederit. Drexel. conf. §.

II. Pungi in alterutro oculorum, à
crabrone aut apicula, inde sinenter uno
mense, per quam gravis est molestia, gra-
vior si decennio, gravior si sæculo, gra-
vissima si tota aeternitate: scilicet quam-
diu vivet Deus. O quantum hoc pe-
nam quamcunque auget! Pœna enim
mille millionum annorum, cum pœna
æterna composita, non est nisi arenula
ad montem, guttula ad Oceanum, ato-
muis ad aerem & Mundum universum.
Finiti enim ad infinitum nulla est proportio.

III. Ac proinde si damnatis daretur
optio, ut vel tolerarent punctionem
apis in oculo, per omnem aeternitatem;
vel ipsas tolerarent inferni pœnas, tot
annis, quot stellæ sunt in firmamento;
haud dubie eligerent miseri, esse in in-
ferno

Septembris 19.

283

ferno tot annorum millibus & subinde
videre fine in ejus doloris; quam tolerare
malum, tanto minus, sed absque fine. Ex
quo elucet, breve omnino censendum
esse, & contemni posse, quidquid æter-
num non est: quia per totam æternita-
tem erit nihil. *Quid enim potest esse gran-
de, quod finem habet?* S. Hierony. in
psal 80. E diverso, quod finem non ha-
bet, sicut comprehendi non potest, ita
non potest non haberi magnum, & non
timeri, nisi ab insano.

Monitum.

O Peccator, semper altè infixam cor-
di tuo gere pœnarum infernalium
æternitatem: si enim cubationi in molli-
lecto, si punctioni vespæ vel apis, pon-
dus infinitum doloris, addit æternitas;
quantum pondus addet reliquis tormentis & igni devoranti? Et hoc ob momen-
taneas voluptates? Post honoris vanes-
centis fumum, patifumum ignis infer-
nalis ascendentem in saecula saeculorum!
Post modicum mellis in faucibus, subi-
te tormentum æternum in visceribus!

Post

284 Domus æternitatis. Consideratio
Post tantillam voluptatem , tam gravi
miseria! exclamat stupens S. Bernardus
ad Fratres. De monte Dei. Vis scire cau-
sam quòd jamjam peccatum commissu-
rus & supplicia æterna incursarus,
non toto corpore cohorrescas ? Causa
est, quia & malum culpæ & malum pœ-
næ, non apprehendis, non ruminas, non
consideras, non masticas; sed hunc bo-
lum, instar corvi aut canis , deglutis &
devoras. Os impiorum devorat iniquita-
tem. Proverb.c. 10.

20. Septembris.

RUmina igitur sæpius vel ante vel
post commissum scelus , & mali-
ca pondus horrendum æternitatis sup-
pliciorum atque ingredere abyssum il-
lam terribilem tum culpæ , tum pœnæ
& cautiore evades. I. Malum culpæ &
peccati est abyssus formidabilis, cuius
malitiam nullus intellectus humanus
aut Angelicus complectitur, duplii de-
causa. Primo quia de peccato in pec-
catum , de pœna in pœnam novam præ-
cipitat, ut ait S. Augustinus in psal. 41.

D

De pœna, ait in pœnam transeunt, & de tenebris ad tenebras, & de profunditate ad profunditatem, & de supplicio ad supplicium, & de ardore cupiditatis in flamas gehennarum. Atque ita abyssus abyssum invocat. Id est peccatum advocat, adducitque aliud peccatum & pœnam. Secundò abyssus est peccatum ; quia ad fundum nequitia ejus, quis pertingere poterit ? Hinc idem S. Doctor I. de contr. cordis, ait : *Verè abyssus peccata mea sunt ; quia incomprehensibilia sunt profunditate, & inestimabilia sunt numero & immensitate.* Atque hæc formidabilis abyssus culpæ, trahit post se, terribilem abyssum pœnæ & gehennæ : & sic abyssus abyssum invocat. Psal 41.

II. Considera deinde abyssum æternitatis damnatæ, in quo ad fundum, nunquam devenies ; adeoque suppliciorum maximum esse, verè deprehendes. Sume in manum clepsydram, quâ horas metiris, atque ita teipsum alloquere : si necesse esset, me hærere in medio ignis, tot annorum milibus, quot sunt arenæ, in hoc arenarii, seu clepsammidii vaseculo;

236 *Domus æternitatis. Consideratio*
culo ; quando tandem cruciatus meus
finem esset habiturus ? Tanto tempore
jam duravit mundus , & tamen nondum
lapla sunt sex annorum millia : nondum
igitur ablati essent sex pulvisculi ex vi-
tro hoc ; & quando tandem esset finis ?
Progredere deinde à Clepsydra, ad mon-
tem integrum , pertingentem usque ad
cælum , & eodem modo discurre. Deni-
que multiplicetur mons toties, quo ipse
continet arenulas , & pari modo ratioci-
nare. An non hæc abyssus est numero-
rum & annorum ? Quæ humana mens aut
angelica eam capiat ?

III. Et tamen si ego , si tu mi Lector
moriaris in peccato mortali, sive certum
est , nos toto tempore cruciandos in
flammis, donec omnes hæc arenæ , & an-
norum myriades sint elapsæ , quin æter-
nitas vel unico momento decrescat. O
abyssus æternitatis fundo carens ! O la-
byrinthus innumeris se gyris intor-
quens, & exitum non concedens ! quan-
tum ponderis omnibus & singulis Tar-
tari pœnis apponis ! O abyssus aby-
sum invocans, exclamat S. Augustinus. l.c.

O pec-

O peccata mea! tormenta, quibus me servatis, abyssus sunt, quia infinita & omnino incomprehensibilia sunt. Haec abyssi terribiles sunt mihi undique; quia timor super timorem & dolor super dolorem: quia peccati abyssus, abyssum tormentorum me retur. Abyssus judiciorum Dei super me; abyssus inferni subtus me; abyssus peccatorum meorum, est intra me. Illam, quæ supra me est, timeo, ne in me irruat, & me cum abysso mea, in illam, quæ subtus me latet; obruat: ubi per tormenta, peccata nunquam delebuntur; sed peccata, tormenta super me tenebunt.

Deprecatio.

O Æternitas! O æternitas! O tormentum, tormentorum maximum, æternitas! quam longa & intolerabilis es? O abyssus abyssum invocans, abyssus fundo, centro, & circumferentia carent, quam incomprehensibilis es? Ego te obstupesco & elinguis hæreo! Hoc tamen dico: aut fide peccatores carent, aut cerebro; dum pro brevi voluptate, honore aut lucro, longam ad eos sibi

Pars III.

N

accer-

288 *Domus æternitatis. Consideratio*
accersunt pœnarum æternitatem. Ad ex-
tremum clamo cum S. Augustino l.c.
*Exaudi clamantem de abyso, ad te benig-
nissimum, peccata mea non abscondo; sed
pando ea coram te: non defendo, sed ostend-
o: non excuso, sed accuso: Ego sum rem,
ego ipse accusator mens. Non accuses me,
qui fecisti me. Solus suffeci ad peccandum;
solus sufficiam ad accusandum; solus ad
pœnitendum. Ut ex damnabili & pecca-
torum, & suppliciorum æternorum a-
byso, per bonitatis & misericordia tua
abyssum eripiar.*

CONSIDERATIO XXVIII.

Cumulus tormentorum damnatae &
æternitatis.

Mala omnia super eos congregabuntur.
Deut. c. 32. 23.

21. Septembris.

I. **M**ala plurima simul irruentia, ma-
gis gravant, premunt atque per-
cellunt; quam si successivè advenirent
singula. Nam uti Job audiens singulos
servos, successivè adversitates singulas

nuntiantes, dissimulavit quidem ac siluit: at veniente ultimo; omniumque filiorum mortem narrante, visis tantis calamitatibus, dolore concussus: Surrexit & scidit vestimenta sua, & tonsa capite corruit in terram & adoravit: Job. c. i. 20. Ita homo, qui unum inferni tormentum considerans non satiis timore percellitur; omnia simul, sub unum aspectum adducens, utique magis ad timorem Dei, horrorem peccati, atque inferni permovabitur. *Mala omnia super eos congregabuntur.* l. c.

II. Cogita igitur, cumulus hic & congregatio seu conjunctio omnium suppliciorum infernalium, quale quantumque sit tormentum. I. Quale tormentum erit damnato, ingredi domum æternitatis suæ miserrimæ; è qua nunquam pedem efferre licebit? Quale tormentum erit: tanquam scelestum, & læsa Majestatis divinæ reum, manibus pendibusque vindictum, jacere in carcere obscuro, in loco totius mundi vilissimo, sordidissimo, summeque horrendo atque abominando, idque per omnia sæ-

290 *Domus aeternitatis. Consideratio
cula sacerdorum? An non hoc unum cen-
seri potest, supplicium suppliciorum, ac
tormentum tormentorum maximum?*

III. *Quale tormentum erit, jacere in
gehenna, in illo puteo abyssi bufonibus
& draconibus pleno; in puteo, nullo au-
ræ flatu permeabili, in quo damnati, ve-
lut oves jugulatæ, aut massa plumbea,
superadditi & cumulati sibi incumbunt,
& tanquam in loco tormentorum sine fi-
ne cruciantur castigatione crudeli. Qua-
le tormentum erit si priori accedat, ma-
ledicta illa cacodæmonum Societas, ho-
minumque scelestissimorum, tyranno-
rum, latronum, homicidarum, adultero-
rum, scortatorum, Magorum & venefi-
corum, ac desperatissimorum Nebulo-
num, cum quibus habitandum sit per
omnia sacula sacerdorum? Quale tor-
mentum erit, si prioribus jungatur, ver-
sari in tenebris perpetuis, crassis, & pal-
pabilibus, quæ ægyptiacas horrore lon-
gè superent; nec unquam vel solem,
vel lunam, vel sidera, vel minimum lucis
radium percipere, idque per omnia sa-
cula sacerdorum?*

Aft.

Affectus compassionis.

O Damnati miserrimi ! quam vobis compatiōr ! quam condoleo ! quod in carcere adeò horrendo , in puteo tam profundo , in Societate tam probrofa, iu tenebris,tam densis, vobis permanendum sit in aeternum ! O si quibusvis precibus, eleemosynis , jejunii, imò in morte acerbissimā, vos liceret eripere ! sed vota hæc sunt inania , quia puteus super vos clausus est. O carcer abominabilis! O carceris societas detestabilis ! O procella tenebrarum palpabilis ac terribilis: quis triplicem hunc pœnarum funiculum rumpet ? Ah ! Nec cœlestium, nec terrestrium,nec infernorum,sive Diabolorum sive manium damnatorum ullus. Hinc gemitus, hinc furor , hinc dolor : hinc commanducaverunt linguas suas præ dolore. Apoc.c.16.6.

22. Septembris.

I. Denæ Ægyptiorum plagæ , successivè illis à Deo inflictæ ingeniem, ac novum semper & novum terrorem,

N ;

rem,

292 *Domus eternitatis. Consideratio*
rem, dolorem, & angorem incussere; ut
plaga aquæ cruentæ, ranarum, cyni-
phum, muscarum, mortalitatis pècorum,
ulcerum, grandinis, locustarum, tene-
brarum, & percussionis primogenito-
rum, quæ postrema Regem tandem do-
muit ac subegit. At quis dolor, quis hor-
ror, quis stupor eos invasisset, si plagæ ha-
omnes simul & semel toti Ægypto in-
cubuissent? Pari ratione plagæ, pœna-
que infernales, singulæ & seorsim sump-
tæ enormes sunt, quis abnuat? Sed om-
nes simul & semel damnatis omnibus
infligi, quam erit horrendum, & in-
tolerabile?

II. Quale igitur tormentum erit, si
prioribus addatur fœtor execrabilis, &
mephytis abominabilis, ex sentina illa
& palude stygia, ex stagno sulphureo,
ex Dæmonibus, & damnatorum putidis
corporibus erumpens, idque per omnia
sæcula sæculorum? Quale tormentum
erit, si prioribus jungatur fames canina
& sitis intolerabilis, in tremendis illis
fornacis stygiæ ardoribus; ita ut nun-
quam latranti stomacho, vel micula pa-

nis;

nis ; nec linguæ ardenti , aquæ guttula
indulgeatur , idque per omnia sæcula
sæculorum ?

III. Quale tormentum erit, præcedentibus annexum; terribile illud incendium & vortices flamarum ignis infernalis, in quo damnatus, instar salamandræ, semper vivus, ustulabitur, cremabitur, assabitur, & cruciabitur, idque per omnia sæcula sæculorum? Quale tormentum erit; calix iræ Dei, cuius fax nunquam exinanitur: deinde pœnitentia sera; fletus & stridor dentium; quibus damnavi suam malitiam, suam stultitiam, ac pœnam coguntur sine intermissione deplorare, lamentari, stridere, plangere & ululare, idque per omnia sæcula sæculorum?

Animadversio.

ODura ac dira tot malorum pœna-
ruisque conjunctio & collectio! si
una febris calida, una vehemens poda-
gra, vel nephritis acuta, vel intensa coli-
ca, vel acris odontalgia, hominem ita
discruciare valeat, ut sibi succumbe-

N 4 dum

294 *Domus aeternitatis. Consideratio*
dum doloribus autumet; quid facerent
morbi hi omnes, simul uno impetu ir-
ruentes? Pari modo si unum Orcitor-
mentum est importabile, quid erunt
omnia simul unita? O fœtor abomina-
bilis! O fames & sitis intolerabilis! O ig-
nis terribilis! O calix exitialis! O flatus
inconsolabilis! O stridor dentium inex-
plicabilis! Quis damnatorum vos susti-
nere poterit? *Quis poterit de vobis habi-
tare, cum igne devorante.* Isaiae c. 33.14
Ah! nemo, nemo id poterit: & tamen
non poterit non, ac debet quilibet
damnatorum: nullum enim remedium,
nullum effugium cuiquam conceditur.

23. *Septembris.*

I. **C**onsidera, quomodo in hoc mun-
do, in uno eodemque homine
non possint omnia mala simul colligi;
sed quasi dispersa vagentur per orbem:
ut diversorum reperiant. Qui uni sub-
jacet, non subjacet alteri, præsertim, cum
multa invicem sint contraria, ut calor
& frigus, vigilia & lethargus. At in
inferno omnia mala, licet opposita, vir-
tute

tute divinâ, in pœnam majorem damna-
torum copulantur. Unde dicitur: *Mala
omnia super eos congregabuntur.* Deut. c.

32. 23. Nec tantum co*nvocabuntur*
quacunque simplici coniunctione; sed
congregabuntur cum onere & compres-
sione. *Congregare ut bruchus.* Nahum
c. 3. 15. Quodnam enim esse malum pote-
rit, quod non inveniatur in illo barathro,
in quo Deus centrum illorum constituit
in perpetuum: *Locum tormentorum.* Lu-
cæ c. 16. 28. Unicum bonum, quod ibi
restare potest, est ipsum esse, verum &
hoc miseris in summum convertitur ma-
lum: cùm longè minus malum sit, non
esse, quàm esse in tot malis. Quid igitur
agent? An ut non sint? sed hoc fieri ne-
quit. Non est illis medicamentum exter-
minii. Sap. c. 1. 14. Necesse ergo est esse,
& esse semper malum, in summis malis.
O an non melius esset, si nati non essent?

II. Quale enim malum, quale tor-
mentum erit, decubere inter colubros,
basiliscos, bufones & dracones stygios,
ac tolerare vermem conscientiæ insa-
tiabilem, nunquam non mordentem,

N s

roden-

296 *Domus eternitatis. Consideratio*
rodentem, vellicantem, pungentem, eli-
tantem, idque per omnia saecula saeculo-
rum? *Quale tormentum erit vivere in*
tartaro, in summa perturbatione, sine
omni ordine, in summo horrore & pa-
vore; in maxima confusione, & in dede-
cere, opprobrio, ignominia que indele-
bili, idque per omnia saecula saeculorum?

III. *Quale tormentum erit, vivere in-*
ter tot tormenta & plagas, inter lamenta
& poenas, absque omni solatio ac leni-
miae; in desperatione perpetua, in oc-
cupatione abominanda; inter odia &
maledicta; inter imprecations, & blas-
phemias in Deum & Sanctos; in morte
nunquam emoriente; idque per omnia
saecula saeculorum? Quale tormentum
erit, nunquam amabilissimam Dei fa-
ciem intueri; nunquam summum illud
bonum, & Redemptorem nostrum Je-
suum Christum cum omnibus Angelis &
Sanctis, videre; nunquam eum amare,
possidere, laudare & glorificare; sed il-
lum semper odisse, semper execrari, de-
testari & abominari [qui est infernus ip-
sus inferni] atque haec omnia conti-
nuare,

nuare sine interruptione, per omnia sæcula sæculorum?

I. Affectus horroris.

O Horror! ô tremor! ô timor! ô stupor! Cui ad tot tormenta, damnatis simul incumbentia, cor non palpitet? Cui non sanguis in venis congeletur; si rite ea perpenderit? Si ad unum duntaxat gehennæ supplicium, comæ meritò præ horrore, eriguntur; quid fiet ad cumulum & conjunctionem omnium? Verè, verè Torsiones & dolores tenebunt eos, quasi parturientes dolebunt. Isaïæ c. 13. 8. Imò simul mœror, angor, pavor, stupor, horror, tremor, & omnis dolor irruet super eos. Job.c.20.22.

II. Affectus Timoris Ad S. Angelum Custodem.

O Mi Sancte & amabilis Angele tutelaris, ad salutem æternam obtinendam, mihi à Deo concessé! Dum considero, quòd toties tibi mala pro bonis retribuam, pro diligentia negligentiam, pro admonitione inobedientiam; pro

No 6 sua-

298 *Domus aeternitatis. Consideratio*
suavitate, morositatem ; pertinaciam &
obstinationem, pro constantia ac fidelis
custodia ; timeo sanè saluti meæ, metuo
æternitati meæ, ac totus tremore concu-
tior, dum supplicia perpetua , quæ ideo
mereor, perpendo : Tu enim toties me
ad Deum trahis : & ego recalcitro : tu ad
bonum me invitas, & ego illud aversor
tu me illuminas, & ego amo ignorantia
tenebras, tu sana inspiras consilia ; ego
deteriora sequor : tu dæmones arces, ego
eis ultrò appropinquo : tu tentationes
prohibes vel infringis ; ego eas advoco,
& exaspero : tu cum mea stultitia & ma-
litia certas bonitate ac sapientiâ ; & ego
stultitiam, & malitiam mordicus teneo:
tu à vanis, terrenis ac noxiis , ad æterna,
cælestia & salutaria me provocas ac ma-
nadicis ; ego immergor terrenis, bestia-
libus & ad perditionem æternani du-
centibus : Tu me doces calcare basili-
cos, leones ac dracones tartareos; & ego
me illis , in tartaro , calcandum , conte-
rendum, devorandumque objicio atque
obtrudo. O quanta mea cæcitas & in-
fania ? O Princeps Cælestis! Dux fidelis,
ignoce

Septembris 23.

299

ignosce ingratitudini meæ : sustine insipientiam meam, duc me ad voluntatem tuam, custodi me in patientia; ut tandem me restituas Creatori meo in latitia ; nec præcipiter in infernum , ubi in cumulo omnium tormentorum , in cumulo omnium Dæmonum ac damnatorum , cogar ardere, torqueri & cruciari in æternum.

CONSIDERATIO XXIX.

Signa prædestinationis & beatæ æternitatis.

Quos præscivit & prædestinavit conformes fieri, imagini Filii sui. Rom. c. 8, 29.

24. Septembris.

Consideravimus hactenus , tam gaudia Beatorum , quām reproborum supplicia : atque interea spem inter & metum fluctuamus. O si sciremus, num in Libro vitæ ac beatæ æternitatis descripti essemus ! O si constaret nobis, num damnationem perpetuam evaluri, salutemque æternam aliquando adepti essemus: Quibus cum Sanctis Patribus

N^o 2

& Ec-

300 *Domus aeternitatis. Consideratio*
& Ecclesiæ Doctoribus respondemus,
citra revelationem divinam, scire id cer-
tò neminem posse: quamdiu enim in hoc
mundo vivimus; *Nescit homo, utrum o-*
dio, an amore dignus sit: sed omnia in fu-
turum reservantur incerta. Eccle. c. 9. 1.
Si tamen cor nostrum non reprehenderit
nos, fiduciam habemus. I. Joan. c. 3. quod
simus filii Dei, & hæreditatem cœlestem
adituri. Deinde varia valde probabi-
lia, & moraliter certa prædestinationis,
& electionis ad gloriam signa tenemus.
At quænam illa? E pluribus à Sanctis Pa-
tribus, asceticisque Doctoribus recensita,
nonnulla breviter exponemus.

I. Prædestinationis signum est Ti-
mor peccati. Hic enim timor oritur à
timore Dei, qui est initium sapientiæ &
expulsio peccati: *Timor Domini expellit*
peccatum. Eccli c. 1. 27. at peccatum &
offensa Dei, sunt impedimenta salutis.
Expulsio autem peccati est origo puri-
tatis cordis; puritas verò cordis, signum
est prædestinationis, teste Veritate æter-
nâ: *Beati mundo corde, quoniam ipsi Deum*
videbunt. Matth. c. 5. 8. Itaque timor
pecca-

Septembris 16.

301

peccati & timor Domini fons vita. Proverb.c.14.27. est signum prædestinationis æternæ.

II. Signum secundum prædestinationis, post commissum peccatum, est celeris & fructuosa pœnitentia. Quemadmodum Christus Dominus prædicare cœpit: *Agite pœnitentiam, appropinquit enim regnum cœlorum.* Matth.c.4.17. & S. Joannes Baptista : *Facite fructus dignos pœnitentia.* Lucæ c.3.8. Nam pœnitentia est radix gratiæ ; gratia autem est radix & semen æternæ gloriæ. In vera enim ac digna pœnitentia, est declinatio à malo, cessatio à peccato, vita emendatio, Angelorum exultatio, beatitudinis exspectatio. *Gaudium erit coram Angelis Dei super uno peccatore pœnitentiam agente.* Lucæ c.15.10. Et qui seminant in lacrymis in exultatione metent. Psal. 125.5. Atque ita, *Pœnitentia calum apertit, & in paradisum dicit.* S. Chrysost, hom.3.de pœn.

III. Signum tertium prædestinationis est tribulatio. Hæc enim est genuina filiorum Dei & electorum nota, salutis artha,

302 *Domus æternitatis. Consideratio
arrha, cæli janua; quam Christus Domi-
nus nobis patefecit, & per eandem ipse
intravit. Nonne hæc oportuit pati Chri-
stum & ita intrare in gloriam suam? Luke
c. 24. 26. Per hanc quoque januam tri-
bulationis ingressi sunt omnes sancti,
omnes filii Dei dilecti; qui omnes signo-
tati, seu signo crucis ac tribulationis fu-
re notati. Quem enim diligit Dominus,
castigat; flagellat autem omnem filium,
quem recipit. Hebr. c. 12. 6. Christus
autem & omnes Sancti, in gloria jam
regnantes, nobis, cunctisque salvandis,
sunt sequendi, si regnum cælorum in-
gredi cupiamus. Alia enim via non da-
tur. Quoniam per multas tribulatio-
nes, oportet nos intrare in regnum Dei.
Actorum c. 14.*

Adhortatio & petitio,

Visne ô homo! esse prædestinatus ad
gloriam æternam; ejusque signa
in te reperiri desideras? Fuge pecca-
tum, & declina à malo: Deum time &
mandata ejus observa. Sed &, Fili pec-
casti? non adjicias iterum: Eccli c. 21. 1.
pœni-

Septembris 24.

303

pœnitentiam seriam & fructuosam age;
ac cum metu & tremore salutem tuam
operare. Philip.c.2. Tribulationes li-
bens sustine, viam crucis, cum Christo &
sanctis constanter tene; & prædestinationis
signa clarissima non deerunt : Mo-
mentaneum enim & leve tribulationis no-
stræ , æternum gloriae pondus operatur in
nobis. 2.Corinth.c.4. Quod ut obtineam-
us , omnia prædestinationis signa &
gloriam iis annexam , Jesu bone , nobis
clementer impertire tanquam caput
membris, tanquam Pater filiis ; tanquam
hæres cohæredibus , tanquam major na-
tu frater , natu minoribus ; tanquam Im-
perator militibus , tanquam Dominus
servis , tanquam sponsus sponsis , tan-
quam supremus vineæ Dei procurator
operariis : ut te cum Patre & Spiritu san-
cto, laudemus , & glorificemus in sæcula.

25. Septembris.

IV. **S**ignum prædestinationis est *Ha-*
militas. Qui se humiliat exalta-
bitur , ait Redemptor noster Lucæ c.14.
II. **H**umilitas enim est vera sui cogni-
tio,

304 *Domus æternitatis.* Consideratio
vio, sui vilipensio, & cordis depresso; ex
qua oritur exaltatio, consolatio, oratio-
nis exauditio, ac denique æterna beati-
tudo & salus: quia *Humiles spiritu salva-*
bit. Psal. 33. 19.

V. Signum prædestinationis est *Mi-*
sericordia in pauperes. Teste Servatore
nostro: *Beati misericordes, quoniam ipsi*
misericordiam consequentur. Matth. c. 5.
7. Misericordia enim, obtinet peccato-
rum veniam, divinam conciliat miseri-
cordiam, à morte malâ liberat, & vitam
æternam promeretur: veluti Judex su-
premus in die judicii, coram toto mu-
ndo proclamabit: *Venite benedicti Patri*
mei, & possidete regnum, esurivi enim &
de distis mihi manducare. Matth. c. 25. 35.

VI. Signum prædestinationis est, *di-*
lectio inimicorum: hæc enim dilectio, est
magna sui victoria, veri Christiani glo-
ria, Charitatis corona, Filiorum Deitatis
sera, paradisi porta. *Diligite ait Christus,*
inimicos vestros; benefacite his, qui odi-
runt vos, & orate pro persequentibus &
calumniantibus vos; ut sitis filii Patris ve-
stri qui in calis est. Matth. c. 5. 44. Si
autem

Septembris 25.

305

autem filii & hæredes, hæredes quidem Dei,
cohæredes autem Christi. Rom. c. 8. 17. Et
regni cœlestis.

Admonitio.

O Anima mea ! Tu Libro vitæ nomen tuum inscribi unicè desideras : & rectè : sed si id serium tibi sit ; allabo. ra, ut animi demissione sis prædita ; & mi- sericordiâ pauperum , dilectioneque inimicorum exornata : qui enim spiritus altos gerit, humiliabitur : qui misericor- diâ caret , judicium sine misericordia præstolabitur : qui proximum odio pro- sequitur , à Deo nequaquam diligitur. Humiliare igitur sub potenti manu Dei, ut exaltet te in tempore visitationis. I. Petri c. 5. Quomodo potueris esse mi- sericors : Eleemosyna enim ab omni pec- cato & à morte liberat , & non patietur animam ire in tenebras. Tobiæ c. 4. Dili- ge inimicos tuos & eris filia Patris cæle- stis, hæresque æternæ beatitudinis.

26. Septembris.

VII. PRædestinationis signum est, con- tinentia sive castitas, De castis
& Vir-

306 Domus aeternitatis. Consideratio
& Virginibus ait S. Joannes Apoc. c.14.
Hi sunt, qui cum mulieribus non sunt co-
inquinati; virgines enim sunt, & sequan-
tur Agnum [in cælo] quocunque jerit.
Castitas enim est animæ nitor, cordis
mundities, corporis incorruptio, vita
angelicæ ratio, flos sanctimoniarum, dia-
ma decoris, & pignus immortalita-
ris. Unde exclamat Sapiens: O quam
pulchra est casta generatio cum claritate!
immortalis est enim memoria illius, & in
perpetuum coronata triumphat. Sap. c. 4. 10
cælesti capitulo.

VIII. Signum prædestinationis est,
frequens ac devotus ~~ns~~sus SS. Eucharistia.
Hæc enim est panis vitæ, fons gratiæ,
radix meritorum, mortis antidotum,
viaticum in Dominom morientium, phar-
macum immortalitatis, & futuræ glo-
riæ pignus securum: nam, si quis man-
ducaverit ex hoc pane, vivet in aeternum.
Joan. c. 6. Et qui manducat meam car-
nem, & bibit meum sanguinem, habet vi-
tam aeternam: & ego resuscitabo eum
in novissimo die. I. c. ad gloriam sem-
piternam.

IX. Sig.

IX. Signum prædestinationis est, de-
votio erga beatissimam Virginem Mariam,
Christi Domini nostri matrem benig-
nissimam. Hæc enim Domina, & cæli
Regina, est Mater viventium, & Electo-
rum, eos ad vitam æternam feliciter per-
ducens : est arcus seu signum fœderis ;
inter Deum & homines, pacem reconcilians : est arca Noe, à diluvio damnatio-
nis æternæ præservans : est columna nu-
bis & ignis, in terram promissionis in-
troducens : est stella maris, in portum
beatitudinis navem dirigens : est scala
Jacob, per quam homines in cælum con-
scendunt : est denique Mater sapientiæ,
mater sanctæ spei, mater salutis æternæ,
in veritate valens dicere : *Qui me in-
venierit, inveniet vitam & hauriet salutem à
Domino.* Proverb. c. 8.

Parænesis.

Quapropter O Christiane ! O Eccle-
siastice ! O Religiose ! Examinate,
utrum signa hæc novena in te depre-
hendas : si ita ; gaude, Deum lauda, ei que
gratias immortales age : signa enim mo-
raliter

308 *Domus aeternitatis.* Consideratio
raliter certa habes, quod nomen tuum
scriptum sit in libro vita: quodque sis
praescitus, praedestinatus & praedilectus
a Deo: quia conformis es imagini Filii
Dei, in timore Domini, in detestatione
peccati, in tribulatione, humilitate, mi-
sericordia, inimicorum dilectione, casti-
tate, amore SS. Eucharistiæ, & B.V. Ma-
riæ. Nam Quos praescivit & praedesta-
vit, conformes fieri, imagini Filii sui, hos
& vocavit, quos autem vocavit, & justifi-
cavit: & quos justificavit, illos & glorifica-
vit. Rom. c. 8. 29.

CONSIDERATIO XXX. Signa reprobationis & damnatae aeternitatis.

Deleantur de Libro viventium. Psal. 68.

27. Septembris.

Cupisne nunc quoque, Chare Le-
ctor, intelligere signa reprobationis, ut ea cane pejus & angue fugias, aut
si ea in te deprehenderis, elimines? Ecce
sequentia; signis prioribus è diametro
opposita.

I. Sig.

I. Signum primum reprobationis ac
damnatae æternitatis, quæ reprobos ex-
spectat: est *facilitas peccandi*. Hoc ex
opposito prædestinationis signo, de quo
antè, sequitur: Nam oppositorum ea-
dem est disciplina, juxta Aristotelem
Topic. c. 8. Peccandi enim facilitas de-
viat & abducit à termino prædestinatio-
nis, & ad reprobationis terminum addu-
cit; dum peccata peccatis addit, atque ita
peccandi consuetudinem inducit; con-
suetudo autem peccandi finalem gignit
impœnitentiam: impœnitentia verò re-
probationem ac damnationem æter-
nam; secundum illud Psalmi 68. *Appone*
iniquitatem super iniquitatem (id est, pec-
catum peccato adde) & mox subdit Pro-
pheta, quod inde sequitur: *Deleantur de*
libro viventium. Ac proinde in mortis
æternæ libro scribantur.

II. Signum reprobationis est, post
commissa peccata, tarda, ficta, & *infrui-
et nosa pœnitentia*: qualis fuit Regis Sau-
lis, Antiochi, Judæ, & aliorum. Ejus-
modi enim pœnitentia, Deum ad iracun-
diam provocat, peccatorem ipsummet
fallit,

itio
tuum
que sis
lectus
i Filii
arione
, mi-
casti
. Ma-
stina
ii, hor
ustifi-
rifica

X.
e a-
al. 68.

re Le-
batio-
s, au-
Eccl
metro
I. Sig

310 *Domus eternitatis.* Consideratio fallit, medicinam in venenum convertit, peccata priora, novis peccatis ac sacrilegiis accumulat, fructus dignos pœnitentiæ minimè facit, nec fructus operum bonos, sed malos producit; *Omnis autem arbor, quæ non facit fructum bonum excedetur & in ignem mittetur.* Matth. c. 7. 19.

III. Signum reprobationis est *prosperitas temporalis.* Huic enim si cor affigas, inducit oblivionem Dei, nauseam rerum spiritualium, ansam multiplicem peccandi, parit amorem sæculi, negletum æternorum; odiumque crucis Christi ac tribulationis tolerandæ pro Christo. Unde talibus à Deo intentatur vñ: *V&e vobis divitibus, qui habetis hic consolationem vestram. V&e vobis qui rideatis nunc, quia ingebitis, & flebilis.* Luca c. 6. Estis enim hostes crucis & adversitatis; *Inimici crucis Christi, quorum finis interitus.* Ad Philip. c. 3.

Admonitio.

Deus vult omnes homines salvos fieri, & ad agnitionem veritatis venire. 1. Tim. c. 2. 4. *Christus enim pro omnibus*

mors

Septembris 27.

311

mortuus est. 2. Corinth. c. 5. Modò ipsi-
met perire nolint. Quisquis igitur repro-
bis accenseri & perire non vult , fugiat
peccata : quia qui facit peccatum ex
Diabolo est. 1. Joan. c. 3. Et filius perdi-
tionis. Quodsi peccaverit, pœnitentiam
agat : *Nisi pœnitentiam habueritis, omnes*
similiter peribitis. Lucæ c. 13. 3. Denique
divitiæ si affluant, cor non apponat. *Fac-*
lius enim est, camelum per foramen acūs
transire, quam divitem intrare in regnum
calorum. Matth. c. 19. 24.

28. Septembris.

IV. R eprobationis signum est Super-
bia. Deus enim superbis resistit.
Jacobi c. 4. 6. Quemadmodum Phari-
læum in iniustiis suis reliquit ; Golia-
thum prostravit ; Amanum suspendit ;
Antiochum peremit ; Pharaonem sub-
mersit ; Luciferum de cælo in tartarum
præcipitavit. Videbam Sathanam sicut ful-
gur de calo cadentem. Lucæ c. 10. 18. Cæ-
terosque spiritus superbos, rudentibus
cæli detractos, in tartarum tradidit crue-
ciandos. 2. Petri c. 2. 4. Unde verè Serva-

Pars III.

O tor

312 *Domus aeternitatis. Consideratio*
tor nolter minatus est. *Lucæ c. 14. 11.*
Qui se exaltat, humiliabitur, usque ad
profundam inferni abyssum.

V. Signum reprobationis est, *avariciæ & immisericordia* in pauperes. Hæc
enim cor Dei à se avertit; cor proprium
indurat, charitatem violat, cælo exclu-
dit; atque in inferno, velut Epulonem
divitem, sepelit. *Scitote, ait Apostolus,*
quia omnis avarus, non habet hereditatem
in regno Christi & Dei. Ad Ephes. c. 5.
Ideoque in die judicii, decretoriam Christi
audiet sententiam: *Ite maledicti in ignem aeternum, esurivi enim & non dedisti*
michi manducare. Matth. c. 25.

VI. Signum reprobationis est *ira &*
vindicta contra proximum. Hæc enim
manus divinas ligat, misericordiam Dei
sufflaminat, venia & fores obstruit, pœnam
talionis inducit: *Si non dimiseritis homi-*
nibus, nec Pater celestis dimittet vobis pec-
cata vestra. Matth. c. 6. Et; Serve nequam,
omne debitum dimisi tibi, quoniam roga-
me; nonne ergo oportuit & te misereri con-
servi tui; sicut & ego tui misertus sum?
Et iratus Dominus ejus tradidit eum tor-
toribus.

Septembris 28. 313

toribus, quoad usque redderet universum
debitum: Sic & Pater mens faciet vobis,
si non remiseritis unusquisque fratri suo de-
cordibus vestris. Matth.c.18.32.

Monitum.

O Superbe! O Avare! O Iracunde;
O spirans minarum & cædis! Si salu-
tem tuam, si animam tuam, si Deum
tuum amas: ternas hasce vitiorum pestes
extirpa & corrige, tanquam expressa re-
probationis cauteria ac stigmata. Et Pœ-
nitentiam age, Principis Apostolorum,
amplectens monitum: Satagite, ut per
bona opera, certam vestram vocationem &
electionem faciatis. 2.Petri c.1. Ut enim
Doctor Angelicus docet: Per bona ope-
ra, prædestinationis nostræ effectus, certitu-
dinaliter impletur 1.p.q.23.a.8. Audi
quoque documentum S.Augustini: Si
non es prædestinatus, fac ut prædestineris,
& enitere ita vivere, ut cœlesti habitations
congruas. De fide & oper.c.22.

29. Septembris.

VII. R Eprobationis signum est Luxu-
ria. Hæc enim corpus inacu-

O 2 lat;

314 *Domus aeternitatis. Consideratio*
lat; animæ vitam necat; intellectum ob-
fuscatur, voluntatem indurat; mortis &
aeternitatis horrorem causat. Hæc mun-
dum universum cataclysmo inundavit;
pentapolim igne sulphureo combussit
multos hominum milliones cælo exclu-
xit; atque in orcum præcipitavit. Foru-
canes & impudici. Apoc. c. 22. 15. Quare
tam fieri monet Apostolus: *Nolite erra-
re, neque fornicarii, neque adulteri, neque
molles, regnum Dei possidebunt.* 1. Corinth.
c. 6. 9. Sed regnum Luciferi, regnum
triste Diabolorum ac damnatorum, ob-
tinebunt: Ubi vermis eorum non mo-
ritur; ubi ignis non extinguitur: ubi
*fumus tormentorum eorum ascendit in sa-
cula saeculorum.* Apoc. c. 14. 11.

VIII. Signum reprobationis est SS.
*Eucharistie usus rarus ac præsertim sacri-
legus.* Qui raro hoc cœlesti epulo rehi-
citur, ex defectu almoniæ, debilis ma-
net in spiritu, ac proinde facile à tenta-
tione vincitur, atque à Diabolo proster-
nitur. Qui sacrilegè sumit, novo se sce-
lere obstringit; dæmonem in cor suum,
velut alter Judas, inducit; theriacam ani-

ma,

Septembris 29.

315

mæ, in venenum convertit; Christi corpus ac sanguinem gravissimè inhon-
rat; Angelos contristat; judicium sibi
manducat & babit, mortemque sempi-
ternam sibi accersit. *Quicunque mandu-*
caverit panem, vel biberit calicem Domi-
ni indignè, reus erit corporis & sanguinis
Domini; & judicium (damnationis) sibi
manducat & bibe. 1. Corinth. c. 11. 17.

IX. Signum reprobationis est inde-
votio erga beatissimam Virginem Mariam,
Christi Domini nostri matrem benedi-
ctam. Hæc enim indevotio, obstruit
fontem misericordiæ; obturat canalem
gratiæ; claudit paradisi januam; tollit
cæli scalam; viæ Ducem respuit; patro-
cinium potens amittit; clypeum prote-
ctionis contra hostes stygios abjicit; ac
proinde facile superatur & perit. *Qui*
me invenerit [orat Ecclesia in offic. B. V.]
inveniet vitam, & hauriet salutem à
Domino (ecce signum prædestinationis)
Qui peccaverit in me, laetet animam suam.
Omnes qui oderunt me, diligunt mortem.
Proverb. c. 8. [ecce signum reprobatio-
nis.] Hinc verè & præclarè S. Bonaven-

O 3 tura

316 Domus aeternitatis. Consideratio-
tura de B. V. scribit: Sicut à beatissima
Virgo! omnis à te aversus ē despectus, ne-
cessē est ut intereat; ita omnis ad te conver-
sus ē à te respectus, impossibile est, ut pe-
reat. In Spec. Virg. c. 3.

Parænæsis.

O Anima Christiana! sive clerica-
lis, sive regularis, sive sacerdotalis, at-
tende tibi: ecce enim stas in bivio ater-
nitatis beatæ atque damnatæ: & harum
alterutra est tibi plus quam certa; ad
alterutram, diu, noctuque magnis passi-
bus properas: ab alterutra non longè di-
tas. Vide igitur, ad quamnam tendas &
omni velocitate curras; quæque alter-
utrius signa prognostica, in te reperias:
si luxuriam, si rarum, malum uice usum
Eucharistiae, si defectum devotionis erga
Matrem gratiæ, & alia antedicta; signa
habes valde probabilia & quasi mora-
liter certa, reprobationistuæ, ac damna-
tionis æternæ: quæ si removere salu-
tē nque in tuto locare cupias; castimo-
niam sectare; mensam divinam piè fre-
quentia; Deiparam, ut matrem, venerare
& ama.

Septembris 30.

317

& ama. Sic lcopulos peccatorum, ventos temptationum, signa & pericula reprobationis feliciter evades. *Respice stellam, voca Mariam*; atque ut impetres intercessionis suffragium; non deseras conversationis exemplum. S.Bernard.

30. Septembris.

Clausula tractatûs de æternitate
damnata.

I. **O** Tristis! ô lamentabilis! ô terribilis damnata damnatorum omnium æternitatis, inter pœnas inferni infinitas! quam raro versaris in mentibus hominum! ac proinde ubi vis in orbe terrarum, tam vastum exundat malitia & nequitia diluvium. *Maledictum & mendacium & homicidium & furtum inundaverunt.* Oseæ.c.4.2. O æternitas summe infelix, summe luctuosa & calamitosa, quam parùm penetras corda mortalium! O infernus suppliciorum omnium maximum, terribilium omnium terribilissimum, tormentorum omnium extremum; malorum omnium excogitabiliū locus proprius & centrum, quam

O 4

parùm

318 *Domus aeternitatis. Consideratio*
parùm afficis & moves, quàm parùm ter-
res, domas, frangis mentes perversas ho-
minum! Hinc tanta dominatur in mun-
do cæcitas, grassatur libertas, protervia,
vesania & furor Peccatorum debaccha-
tur pro momentaneo gaudio, pro tenui
lucello, pro honoris evanidi fumo, in
miseriam omnium abyssum, oculis vel
clausis vel apertis ruentium. Quænā verò
hujus amentiæ prima radix? Oseas eam
innuit; *Non est qui recognitet corde. l. c.* Non
est, qui novissima, & præsertim tormenta
gehennæ sempiterna, seriò consideret.

II. Et quia hæc incuria, negligentia
& amentia invasit Ethnicos, Atheos, Ma-
hometanos, Turcas, Indos, Brasilos, Ju-
dæos, & hæreticos: hinc pecorum more,
contra rationis leges, vitam ducunt, in
omnia scelera, atque ex his in perpetua
gehennæ incendia turmatim, caterva-
timque ruunt. Et quia plurimos quoque
occupat Christianos Catholicos, qui
quidem in concionibus, torties de pœnis
inferni audiunt, vel saltem audire que-
unt, & negligunt; totque præ aliis omni-
bus, salutis abundant mediis, & despi-
ciunt

ciunt: hi non solum æternis orci addicentur suppliciis, verum etiam longè atrocioribus in avernali carcere cruciatis torquebuntur: ut enim vir quidam pius, & illuminatus asserere solebat: Maometani ad infernum: hebræi ad infernum: hæretici ad infernum: mali verò Christiani, mali catholici, mali sacerdotes, ad insinam inferni abyssum: quia si eut lumen eorum, ita & tenebræ: *Sicut tenebra ejus, ita & lumen ejus. Psal. 138. 12.*

III. Neque objicias; cogitationes serias, attentasque de æternitate, aut gehenna, posse hominem redigere ad insaniam: quia gravis is error est: cogitationes enim hujusmodi possunt amentes ad mentem revocare: possunt enim ad orcum stultè currentes, sapienter ad cælum reducere. Sed stultus non intelligit hæc. Aperi, Domine, oculos stultorum, quorum infinitus est numerus; ut videant nunc, quæ sunt videnda; ne evigilant in opprobrium & videant semper: ac tunc re ipsa ea experiantur, quæ nunc vide re noluerunt. Unusquisque illorum, obsecro & obtestor, audiat S. Chrysostomum

320 *Domus aeternitatis. Consideratio
mum Tom. i. in Psal. 11. ita rogantem:
Rogo te, ut gehenna memineris, de gehenna
loquaris: magna est enim horum verbo-
rum utilitas: Et ideo diabolus omnia facit,
Et molitur, ejus volens auferre memoriam.
Noli eam à memoria ejicere. Nec dicas;
quid me importunā afficiam tristitia? Im-
portuna erit, quando eris in gehenna. Finio
eum eodem Oratore aureo: Noli igitur
horum memoriam deponere: Non enim si-
net in gehennam incidere, gehenna memi-
nisse. Hom. 31. in Epist. 1. S. Pauli ad
Rom. c. 16.*

Oratio

*Ad Christum Dominum, Redemptorem
nostrum.*

Domine JESU Christe, Redemptor
amantissime, qui propter nimiam
charitatem tuam, quā dilexisti nos, mor-
tem crucis amarissimam subire dignatus
es, ut à morte ac damnatione perpetua
nos vindicares. Libera quæsione famili-
um tuum, ab infernali carcere; ac hor-
rendo Dæmonum ac damnatorum con-
sortio: Qui procul à beatae paradii patria
pulsus es.

Septembris 30.

321

pulsi & elongati cruciabantur in gehenna perpetua, nunquam lumen visuri; nunquam refrigerium adepturi, sed per millia millium annorum, in inferno cruciandi, nec inde unquam sunt liberandi. S. Bernard. medit. c. 3.


Libera me de ore leonis, ac draconis ab æterna caligine & mephyti, à fame & siti, ab igne & stridore, à fletu & lamentatione, in orci voragine: *Ubi nec qui torquet aliquando fatigatur; nec qui torquetur aliquando moritur: ubi ignis sic consumit, ut semper reservet; sic tormenta aguntur; ut semper renoverentur: nihilque aliud auditur, nisi fleetus & planctus, gemitus & ululatus, mœrores & stridores dentium.* Idem l.c.

Liberes me à conscientiæ verme; & animi perturbatione; ab horrore & de-decore; à desperatione & maledictione; à pœna damni & visionis beatificæ privatione; in illa avernali caligine: *Ubi nihil videbitur, nisi vermes & larvales facies tortorum, atque teterrima monstra demonum: ubi vermes crudeles mordebunt intima cordium, ardebuntque miseri in igne.*

322 Domus aetern. Consider. Septembr. 30.
igne aeterno in aeternum, & ultrà. Ubi erit
dolor intolerabilis; timor horribilis, fator
incomparabilis, mors anima & corporis,
sine spe venia & misericordia. I. c. Verbo,
hoc peto suppliciter, ut poenitentiis inferni
horrendis ereptus, te facie ad faciem vi-
dere, amare, ac possidere merear, in ca-
lesti patria: Ubi, misericordias Domini
in aeternum cantabo. Psal. 88. Ubi
Confitebor tibi Domine Deus meus, in toto
corde meo, & glorificabo nomen tuum in
aeternum: quia misericordia tua magna est
super me & eruisti animam meam ex in-
ferno inferiori. Psal. 85. Qui cum Pa-
tre & Spiritu Sancto vivis & regnas
in saecula saeculorum.

Amen.

F I N I S.



INDEX



INDEX.

Considerationum III. Partis.

- C**onsideratio 1. Domus damnatæ æternitatis. **P**ágina 6.
2. Locus tormentorum damnatæ æternitatis, pag. 18.
3. Primus ingressus damnatæ æternitatis. pag. 30.
4. Societas damnatæ æternitatis. 41.
5. Tenebræ damnatæ æternitatis. 51.
6. Fœtor damnatæ æternitatis. 61.
7. Fames damnatæ æternitatis. 71.
8. Sitis damnatæ æternitatis. 81.
9. Calix damnatæ æternitatis. 93.
10. Ignis damnatæ æternitatis. 102.
11. Pœnitentia damnatæ æternitatis. 117.
12. Fletus damnatæ æternitatis. 126.
13. Stridor dentium damnatæ æternitatis. 137.
14. Vermis damnatæ æternitatis. 145.
15. Perturbatio damnatæ æternitatis. 156
P 16.

30.
erit
etor
oris,
bo,
erni
vi-
ca-
mi-
Jbi
toto
in
est
ino
pa-
as

DEX

I N D E X.

Pagina.

16. Horror damnatæ æternitatis. 165.
17. Opprobrium damnatæ æternitatis. 175.
18. Lamentationes damnatæ æternitatis. 186.
19. Desolatio damnatæ æternitatis. 200.
20. Desperatio damnatæ æternitatis. 211.
21. Occupatio damnatæ æternitatis. 200.
22. Mors perpetua damnatæ æternitatis. 228.
23. Plagæ damnatæ æternitatis. 239.
24. Contemplatio damnatæ æternitatis. 249.
25. Pœna damni, damnatæ æternitatis. 259.
26. Gravitas pœnæ damni, damnatæ æternitatis. 268.
27. Perpetuitas damnatæ æternitatis. 278.
28. Cumulus tormentorum damnataæ æternitatis. 288.

29

I N D E X.

Página.

- | | |
|---|------|
| 29. Signa prædestinationis & beatæ æternitatis. | 299. |
| 30. Signa reprobationis & damnatæ æternitatis. | 308. |

Errores Typographici.

Página 9. Linea 18. tremes corrigē
tremas.

Pag. 11. linea 5. Lucifugerum corrigē
Lucifugorum

- 14. 7. ingratūs. c. ingratīis.
- 14. 18. ingetara. c. jugulata.
- 17. 3. montibus c. mœnibus.
- 20. 2. gehennam c. gehennom.
- 32. 21. audi & c. audiet.
- 54. 6. tradidi. c. traditi.
- 68. 25. ut. e. ubi.
- 106 10. vires. c. viros.
- 116. 4. vollis. c. follis.
- 122. 8. quare. c. quære.
- 128. 3. cui. c. cur.
- 129. 4. armatoribus c. armatorum.
- 163. 13. complectentur. c. complentur.
- 190. 10. Et. c. est.

Pagina.

203. 19. taber. c. faber.
ibid. 19. styva. c. stiva.
210. 7. tophet. c. topheth.
216. 11. radicibus. c. radicitus.
232. 14. luctuantem. c. luctantem.
236. 6. omnium. c. annum.
241. 3. exasperantur. c. exasperantur.
242. 3. tartareo. c. tartaro.
ibid. 24. leget. c. legit.
250. 19. vertices. c. vortices.
318. 8. miseriam. c. miseriarum,



h.
is.
ntem.
n.
ntur.

7



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

